neca Potētior erat dyogenes alexandro macedone oia possidente. Plus em̄ erat q̄ iste nollet accipere q̄ q̄d ille posset dare. Ista tñ visus deceptio mentes potentū & diuitum hodie sic iuasit: vt ap̄d eos hō nihil reputet nisi vel duxs fuerit vel saltē diues secūdu apparētiā estimet. Refert p̄stabul⁹ q̄ cū q̄dā ph̄s diu fuissz ab ingressu curie cuiusdā regis repulsus tandem vero forte cōsiderans dictū illud poeticū *Luria pauperib⁹ clausa est dat census honores: ornat⁹ preciosis vestib⁹ admissus est: et mox aditus patuit venienti.* Ingressus autē corā rege cepit vestes suas venerabiliter osculari. Tunc rex admirās cur hoc faceret inquisiuit. Ph̄s r̄ndit. *Ego honorantem me honoro. qz q̄d veritas nō potuit: vestis obtinuit.* Inq̄t vanitas vanitatū plus defert vestib⁹ q̄ virtutibus: plus venustati q̄ honestati. Scribit in hystorijs romanorū q̄ romani q̄ viros magnificos deificare cōsueuerāt: disputauerūt in cōsilio vtrū xp̄s in numero deorū esset recipiendus: cū tot miracula fuisset operat⁹. Et tandem diffinitū est q̄ nō deberet: recipi: qz nō haberet cultores: cū paupertatē pdicauerit quā naturalit̄ vnusq̄q̄ ptēnit.

¶ Tredecimū mirabile.

Docet alatiēn libro. vii. perspectiue q̄ stelle versus terram in occidente vel oriente loca te maiores apparent oculo q̄ cuz fuerint ad celsi

medium eleuate. Modo cōsimili viri celestes q̄ to ad altiora dignitatum vident cōscendere: tanto seipos per humilitatem purificant: & tanto minores appetūt humanis aspectib⁹ apparere. iuxta illud ecclia. iij. Quāto maiores humilia teipz in omnibus. Ut elegantī methaphora de talibus posset dici: quod dictū est de hester. Fons parū creuit in fluuiū magnū & in solē lunāq̄ cōuersus est. Isti nanq̄ & si dignitate sunt magni: dū nō inde superbiunt humilitate sunt parui ac per hoc i lunam solēq̄ methaphorice conuertuntur: quia istar luminariū celestiu exaltati humiliiores fiūt. Talis fuit virgo gliosissima que dum fuisset ad tante dignitatis fastigiū: vt dei mater fieret exaltata: mox seipam ostendens paruulā instar stelle se obtulit in ancillā: & ideo vocamus eaz cōgrue maris stellā. Refert grego. in primo libro dyalogorū de quodam qui dicebat cōstantinus corpore quidez parū: sed merito magnus: q̄ cū ei quidam vt eū videret aduenerat: despectiue dixisset q̄ nichil hoīs haberet. Protinus vir dei in eius amplexuz n̄m̄iū letus ruit: & eū ex amore feruentissimo brachijs cepit stringere & dulciter osculari: gratias ei referēs q̄ de se talia indicasset. Tu iquit solus es q̄ in me apertos oculos habuisti. Hic ad statū celsi meriti plane cōscenderat: et in hominum oculis more celestis syderis paruus



apparere volebat. Et sicut reputamus mirabile quod stella cum ascenderit ad celi medium minor appareat quantum ad intuitus oculos cum iam ab ipso longius non abscedat immo magis accedat. Sic etiam quod aliquis tanto videri vellet humilior quanto fuerit in dignitate sublimior reputamus mirabile quod rarum. Raro namque contingit ut gradus honoris tumorem non pariat in animo premeditatis. Ita secundum beatum Bernardum non est magnum esse humilem in abiectioe magna. Proxius et rara virtus est humilitas honorata. Et ut dicit Gregorius. Magnum est honorem non appetere: maius autem oblatum respicere: maximum vero de habitu non superbitre.

De instructione morali secundum duodecim proprietates repertas in oculo corporali. Ca. vij.

Oculus enim oculus numero geminus: comparatus suo simillimus colore diversus figura spectus: palpebra velatus: in capite collatus: specierum visibilium receptivus: non sui sed alterius agnitiuus. Juxta gradus distantie visibilium diversimode cognitiuus: totius corporis directivus archanoz mentis indicatiuus. post longam vigiliam somnolentus.

Prima proprietas oculi.

Primo igitur oculus est numero geminus: et hoc sicut ut testatur alathem ut unus fortificetur ex altero

et ut defectus unius per alterum suppleatur. Unde et beatus silue. ii. li. de microcosmo metrico loquens ait. Non nihil est hoc esse duos si languet alter. Et vice participis suppleat alter opus. In quo nobis socialem vitam exemplo sui natura commendet. Sicut enim oculi cum sint duo in uno capite vicissim se fortificant: sic multe persone degentes in collegio mutuo se supportant. Et ideo dicit salomon eccle. iij. Melius est duos esse simul quam unum habere enim emolumentum societatis sue. Juvant enim se quantum ad recessum a malo. Iohannes subdit. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Ule solus quod si ceciderit, non habet sublevari se. De hoc Hieronymus ad rusticum monachum refert exemplum. Elidi inquit in egypto adolescens grecum in quadam cenobio quod nulla abstinentia; nulla operis magnitudie flammam poterat carnis extinguere. Hunc perclitantes patris monasterii hac arte servavit. Imperat cuidam viro ut iurgis et contumeliis insectaretur homines et post irrogatas iniurias, prius veniret ad quoniam moniam. Vocati testes per eum loquuntur quod contumeliam irrogavit. Flere ille contra mendacium cepit: nullus pro eo stetit, solus pater defensionem suam calide opponere studuit, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? Jam anno expleto interrogatus adolescens super cogitationibus preteritis an ipsum molestant. Pater inquit mihi vivere non licet: et fornicari libet. O inquit Hieronymus, si solus iste



Prima proprietas.

fuiſſet abſq; coadiutore ſupatus fuiſſet. Ideo dicit ſeneca. Magna pars pctōz tollit ſi peccatori teſtis aſſiſtat. Utilis eſt etiā ſocialis vita quo ad cōſervationē in bono. Prover. xviii. Frater q̄ adiuuat a fratre q̄ſi ciuitas magna. Legit in vitis patrū q̄ quidā ſue ſalutis emulus quēdaz patrē ꝑſuluit: qđ hoz ſibi meli⁹ expediret; ducere ſcz vitā heremiticā vel cenobiticā. Cui pater noluit r̄ndere ꝑbo ne pateret calumniā ſz reſpōdit exēplo. Iubet vt vas plenū carbonib⁹ ignis afferret: qđ cū ille mādatiſ obediēs attuliſſet: pat̄ ille carbonē extrahēs quē ignitiſſimū vidit: ſeorſum in fra locauit vbi cuz eſſet ſolitari⁹: nō multo poſt eſt extinct⁹. Qđ ille nō intelligēs ait. Pater qđ ſibi vult obſecro qđ feciſti? Et ille. Jā inquit ſi aduertitiſ tue ſatiſfactū eſt q̄ſtioni. Ecce carbo q̄ prius exiſtēs cū alijs erat om̄ibus plus ignit⁹ proſus extinct⁹ eſt ab aere frigido circūſtante: qz māſit ab alijs ſeparat⁹. Reliqui vero adhuc igniti ꝑmanēt eo q̄ ex ꝑſortio mutuo in calore ſe fouēt. Sic hō manēs in ſctō collegio cōfouet in bono. Solus aut̄ exiſtēs vel circūdat⁹ ꝑrauoꝝ cōſortio q̄ inſrigidati ſunt i peccato facile tepescit: ⁊ extinguit ignis charitatis in eo. Et hoc eſt qđ dicit̄ Eccleſi. iiii. Si dormierint duo fouebūtur mutuo: vn⁹ aut̄ quo modo caleſcet. In hoc ergo q̄ ocul⁹ eſt gemin⁹

Secunda proprietas.

xxi

cōmendatur nobis ſancta ſocietas et amor mutuus. Et ideo diſcipulos tanq̄ eccleſie oculos ſpirituales dominus miſit binos. Luce. x.

Secunda proprietas.

Secūdo oculus ſuo cōpari debet eſſe ſimilim⁹. Moſtroſuz eſt em̄ ſi vnus oculus ſit maior q̄ reliqu⁹: v̄l ſi ſit aliter colorat⁹. Hoc tñ moſtrū poſſum⁹ hodie in mult⁹ videre. Iſtā cū i nobis ſit duplex oculus: intellect⁹ videlicz et affectus: ſunt quidā q̄ hos oculos habēt in colore diſſimiles: vnū docētes ⁊ aliud faciētes. Alij ꝑo in magnitudine inequales. Iſtā multa dicūt ⁊ pauca faciūt: multa cognoscūt ⁊ parū diligūt. Multū ſtudētē illuminatiōi intellectus: ⁊ ꝑaz curātes de inflāmate affect⁹. Oculū intellectus illuminat veritas: oculū affect⁹ charitas. Utrūq; parit̄ illuminari petebat dauid cuz ait. Illumina oculos meos. Sz in multis ſiniſter oculus multū illuminat cū dexter obſcuratus ſit. Qđ zach. xi. de ꝑlatis ecclie legit̄ prophetatus fuiſſe. O paſtor ⁊ idolū derelinquens gregē: brachiū eius ariditate ſiccabiſ: ⁊ oculus ei⁹ dexter obtenebreſcens obſcurabiſ. Dextrū oculū poti⁹ q̄ ſiniſtrū ſtudet diabol⁹ hōi eruere: qz hoiez quo ad ſpūalia nititur excecāre. Scit enim q̄ ſi homini dextrū oculū erueret: ipm̄ ad pugnā ipiritulem inutilem redderet. Et hoc nobis figura



tum est. j. The. xj. vbi legitur qd viri tabes obsessi dixerunt ad naas amoniten. Habeto nos federos & ierusalem tibi. Et respondit naas. In hoc feriam vobiscum fedus: vt erua oim vestru oculos dextros. Haec interpretatur serpens: amonites comprimens vel coangustans: et hostem humani generis representat: qui est. serpens blandiens in suggestione: comprimens in remorsu conscientie: coangustans in extractione pene. Serpens iste hoc fedus optat nobiscum inire: vt dimisso sinistro oculo. i. cognitione temporalium eruat dextrum oculu: per que significatur desiderium eternoꝝ. Quot sunt homines qui clare vident in temporalibus: & cecuerunt in diuinis quia multu intendunt circa questiones: modicum circa mores. De quibus potest dici illud Job. xxiiij. Paut sterilem et que non parturit & vidue benefecit. Per sterilem intellectiua: que non parit. i. non meret: quia omne meritum in voluntate consistit. Per viduaz intelligit affectiua: q in multis est vidua du sponso suo celesti non est p desiderium copulata. Huiusmodi hoies sunt monstruosi: quia vnum oculu scz intellectus habent a deo magnum & grossum qd cum eo contemplant celum & stellas: & cursus planetaz & syderum: & distantiam totius terre et climatum: vt de eis possit dici illud zach. v. Oculi eorum in vniuersa terra. Sed alterum oculu

scz affectus habent minimuz & etiã fere nullu: qd parum afficiunt ad deũ. Isti possunt dicere illud Job. xvi. Ad deũ stillat oculus meus. Isti em multa contemplant de corporalibz & caducis: sed par cogitant de spualibus & eternis. Unde ipoz oculus copiose pluit ad mundum: qd parce stillat ad deum: quia minime mouent ad eu. Isti sunt similes iacob qui amori lye pretulit amorem rachel. Rachel naqz interpretat videns principiu: & significat speculatiuas scientias: que inquirunt principia reru & principia conclusionu. Lya vero interpretat laboriosa: & significat virtutis exercitiuz. Ha virtus est circa difficile & arduu. Audiant curiosi qd dicit Seneca. Ut quid te torques in illa questione: quaz vtilius est contempsisse qd didicisse. Et idem ait. Si multum superesset etatis: parce dispensandum erat vt sufficeret necessarijs. Hunc autem que dementia est: superuacua quere in tanta teporis egestate. Et Hugo de sanc. vic. in. li. de instructione nouicioꝝ. In lectioe diuina prius debetis querere quid mores vros instruat ad virtute: qd qd sensum acuat ad subtilitate: magisqz preceptis scripturaz informari qz questionibus impediri. Legitur de beato edmundo qd mater sua eidẽ apparẽs: ipz quia studeret in figuris arithmetricis arguit & i dextera eius manu tres circulos posuit: vnu infra alium. In quoz primo



Tertia proprietates.

erat scriptū Pater: in alio, Filius: in tertio spūs sanctus descripsit et dixit. Fili charissime talibus figuris intende. Qua visioe p̄doctus: relictis curiosis sciētis ad sacre scripture studium cōuolauit. De hoc Aug. v. li. p̄se. de mathematicis scētis loquens ait. Infelix hō qui scit oia: se aut̄ ne scit. Beatus aut̄ q̄ se scit: etiā si illa nesciat. Qui nō se et illa nouit: nō p̄pter illa beator: se p̄pter te solum beatus est: si cognoscens se scit: vt se glorificet et gr̄as agat: et nō euanescat in cogitationibus suis. Sicut em̄ melior est q̄ nouit possidere arbozem: et d̄ vsu eius gratias agit: q̄uis nesciat quot cubitis alta sit: vel quāta latitudine diffusa q̄ ille q̄ eam metit et oēs ramos eius numerat: et neq̄ post possidet eam: neq̄ creatorē eius nouit aut diligit. Sic fidelis hō cuius totus mundus diuitiaz est: et quasi nihil habēs oia possidet iherendo tibi cui oia seruiūt: q̄uis nisi saltem septētrionum gyros nouerit: dubitare indecēs est q̄n utiq̄ melior sit q̄ mensoz celi: et numeratoz stellarum: et pensoz elementoz et negligēs te qui oia in mensura et pondere disposuisti.

Tertia proprietates.

Tertio oculus in diuersis hominibus interdū est colore diuersus: et p̄ oculoꝝ differētis variatur operatio visioe virtutis. Quā dicit phs xix. li. de animalibus: q̄ habētes oculos nigros sūt

Tertia proprietates.

xxiiij

acuti visus in die: s̄ obtusi i nocte. Habētes aut̄ oculos glaucos vidēt in nocte clarius q̄ in die: vt in murilegis et ceteris animalibus oculos glaucos habētibus est videre. Spūaliter ad aprādo oculi glauci eo q̄ habēt sp̄m debilem et modicuz humorē: sapiētes huius mundi significāt: in quibus et humor gr̄e deficit: et virtus operādi torpescit. Et isti clarius in nocte q̄ in die cōspiciūt: qz totū sensum suū ad terrena cōuertūt: et ideo sūt sicut talpa: q̄ sub terra sagax ē et astuta: et ibi nouit diuerticulo multa. Quā aut̄ supra terrā ascenderit efficit̄ stupida: et oēm estimationē amittit. Sic et sapiētes huius mundi in terrenis et tpalibus sūt astuti: s̄ in spūalibus hebetes et ignari. Illi vero mentis oculos spūaliter habent nigros. in quoz oculis mortis memoria firmiter est imp̄ssa. Et isti de nocte videre nequeunt: sed de die: qz tales nō vidēt. i. nō approbāt pctōꝝ opa tenebrosa sed opera lucis et opa virtuosa Eccl. viij. Memorare nouissima tua et in eternū non peccabis. De hac spūali ac laudabili mortis nigredine sponsus in canticis cōmendať: cū d̄z Come eius nigre sicut coruus. Per comas cogitationes: eo q̄ sint subtiles: et q̄li innumerabiles designant. Tūc spūaliter nigre sunt come capitis: cū est in mēte iugis cogitatio mortis. Hāc mortis memoriā antiqui commendať legūtur verbis pariter et exēplis.



Tertia proprietas.

Unde dicit Seneca in suis eplis: **Mors** ubiq[ue] te expectat: tu quoq[ue] si sapiēs fueris eā in omni loco expectabis. Et idē ait in libro de moribus **Mors** vitā differētes mors icerta puenit. **Dis** itaq[ue] dies velut vltim[us] iudicādus est. Et poeta **Horati[us]** dicit: **Omne** crede diē tibi diluxisse supremū. Et alius dicit: **Semp** habe memori mē te necesse mori. Et sicut diē hiero. i li. cōtra iouianū: **Pitago**ras phiam diffiniēs ait. **Phia** est meditatio mortis quotidie de carcere corporis inuitēs aīe educere libertatē. Et sicut refert hiero. **Plato** villā achademie in qua mor[is] tre frequenter accidit: studēdi vsui dedicauit. et hoc ideo vt terremotu scholares pterriti mortis memoria haberēt: et sic a vitijs abstinerent. Legitur etiā in hystorijs romanor[um]: q[uod] post coronationē impatoris anteq[uam] quicq[ue] aliud imperaret: intrabāt ad eū edificatores sepulchror[um] ferētes in manibus quatuor genera marmor[um] diuersor[um]: et coram cūctis pncipibus impatori dicebāt. **De** q[ui] genere marmor[um] iubes tuū fieri monumētū: In quo facto duo insinuabāt eidē. Et vt mortē obliuioni nō traderet: et vt imperiū cū clemētia gubernaret. **Reuera** magna sapiētia cōsistit i mortis memoria. Sicut em̄ initiū humane creatio[n]is incepit a puluere: q[uia] creauit deus hominem de limo terre. **Alia** littera. **Creauit** deus homi-

Nota

vitijs



Quarta proprietas.

xxiii

nem puluerē. **P**incipiū etiā gloriatiōis vltime incipiet a puluere: q[uia] pulueres n[ost]ror[um] corporum cōgregabunt: et reformabūtur corpora gloriosa. Sic etiā pncipiū spūalis recreationis p gratiā incipit a puluere. i. a mortis cōsideratiōne: in qua hō in puluerē suū reuertet. **Juxta** illud psal. **Auferes** spiritū eor[um] et deficient et in puluerē suū reuertētur. Et q[uia] vtilis est mortis memoria: ideo dauid opt[auit] ut eam semp haberet mentis oculū vigilantem et apertum orabat dicens. **Illumina** oculos meos. et c.

Quarta proprietas.

O Quarto oculus est spericus seu rotundus. **Figura** autē sperica est omniū figurar[um] simplicissima cū vna linea sit contenta. **Figure** igit[ur] oculi simplicitas nos admonet ad simplicitatē intētionis. **Figure** etiā orbicularitas psuadet vt in cūctis que agim[us] ad eternum brauiū intētionis oculū dirigamus. **Hec** autē intētionis simplicitas nō solū signatur in figura oculi: s[ed] etiaz in modo videndi: vt em̄ dicitur in libro de viū. **Quicquid** videmus sub āgulo videmus: ita q[uod] vertex est in acie oculi: basīs vero ad terminos vise rei. In quo significatur vera intētio q[ue] om̄s terminos cogitationū et affectionum nostrar[um] vnit in deū. oīa in laudē offerens creatoris. **Juxta** illud. j. **Loq[ue]r[is]. x. Siue** manducatis siue bibis



Quarta proprietas.

tis vel aliud qd facitis: oia in gloria dei facite. Ideo dñs nos ad simplicitatē intentionis admonens dicit. Math. vj. Si oculus tuus fuerit simplex: totū corp⁹ tuū lucidū erit. Si autē nequā fuerit. &c. Ille autē hz simplicē oculū q̄ in oibus q̄ agit intēdit honorē diuinū. Qui autē aliud intendit: infidelē esse dño se ostēdit. Et ideo apte subdit. Si autē oculus tu⁹ nequā fue. &c. Btūs fidelis reuera famul⁹ es si de multa gl̄ia dñi tui et si nō exeūte tñ ex te: p te trāseunte nil manib⁹ tuis adherere cōtingat. Talis fuit ioab dño suo: pugnās em̄ cōtra rabath cū iaz esset capiēda vrbs regia: misit p̄ Dauid ne noi suo ascriberet victoria. Sz multoz oculus nō est simplex sz magis duplex: similes vetule q̄ si ad celū leuet oculū vlt̄ oculos vt videat miluū: hoc facit amore pulloz. Sic multi z si aliqñ operētur aliqua q̄ videntur celestia: tñ intētionis oculo respiciūt ad trena: z iō taliū oculus nō est simplex: sed nequā potius vel iniqu⁹. Videm⁹ q̄ isti balestarij volētes videre rectitudinē signi vel cū balista recte sagittā proijcere: cōsueuerūt vno clauso oculo reliquoz aperire. Sic z q̄ rectificare voluerit opus suoz: vno vtaf̄ oculo: vt eius intētio dirigat̄ ad vnum qd̄ est necessariū videlicet ad deū: z dicat cū augustino libro cōfes. Dñe gloria nra tu esto: pp̄ te amemur z verbū tuū timeatur in nobis. Qui

Quinta proprietas

vxx

em̄ laudari vult ab hominibus a te ametur. vitu tuperate te nō defendetur ab hominibus iudicā te te: nō eripietur dānante te. In signū huius cōsuevit ecclia in fine cuiuslibet psalmi decantare Gl̄ia p̄ri. In psalmis significat̄ operatio q̄si dicamus p̄ quolibet nostro ope. Nō nobis dñe non nobis: sed noi tuo da. g. Bonitas em̄ littere scriptori dz attribui et nō penne. Iō cū ipse in nobis operet̄ oia soli deo honor et gl̄ia.

Quinta proprietas.

Quinto oculus palpebris est velat⁹. Ad hoc autē natura palpebras ingeniata est vt oculuz a nocumētis exterioribus p̄seruarēt z deperditioni spiritūū visibiliū obutarēt. Un̄ dicit phus. iiii. aīalis. Q̄ aīal carens palpebris est debilis visus: vt ptz in piscibus z leporibus quozū oculi sunt semp̄ aperti. z iō fit in eis deperditio nimia spiritūū pp̄ defectū custodie seu velaminis palpebray. Mō consimili q̄ bona sua non occultāt sed p̄ inanem gloriā z iactantiā se ostentant: duz humanos fauores appetūt totum perdunt. Un̄ Eze. Deperdarī desiderat q̄ thesaurū publice i via portat: vñ in vitis patrū dz. Sicut thesaurus manifestus cito minuitur: ita z virtus ql̄bet deperit publicata. Et q̄daz senex ait: Sicut fieri nō pōt vt herba nascat̄ simul z fructificet: ita impossib̄le est vt laudē z gloriā habētes secularium: simul

o j



Quinta proprietas

et fructum capiam⁹ celeste. In hui⁹ signū man⁹ moysi sana persistit dū in sinu recōdit: leprosa vero dū exterius p⁹palatur *Exo. liij. Legit Esa. xxxix.* q⁹ cū ezechias rex hierusalēz p⁹ manū esaiē prophete signūz incolumitatis a dño recepisset: umbra horologij. x. gradibus retrosum reuertē te cū umbra precedere debeat nō redire: misit ad euz rex babylonis nuncios litteras z muna de ferentes in quoz aduentu letat⁹ est ezechias: et ostendit eis domū aromātū aurū z argentū z totam suā congeriē thesaurōz. Ad quem missus ē esaias: z ex parte dñi predixit hec oia in babylonem auferri. Signanter autē cū dñs miraculū regi indulisset: babylonioz nūcij dicunt cū muneribus aduenisse: q⁹ tūc precipue quis sollicitatur a tētationib⁹ imissis a demonib⁹: qñ per admirabilem dei clemētiam virtus ei⁹ clarius inotescit. Tūc autē imprudētis est exultare: z thesauros bonoz suoz inaniter gloriando per iactantiā ostentare: z sic cuncta mereā amittere: qui ne perderet debuerat humiliter occultare. Audiam⁹ de magistro nro dño iesu xpo qualiter nos instruxerit sup hoc oculoꝝ vel aie spūali verbo pariter z exēplo. Dicit em̄ *Math. vj. Ne autē faciēte elemosynā nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: vt elemosyna tua sit in abscondito. q. d. Nō admisceat se laudis appetitus vel ostentatio operi tuo.*

Sexta proprietas. vxxj

Et ibidem. Cum oraueris intra cubiculū tuū et clau. ho. ora. p. t. in abscondito. Et nō solum hoc verbo docuit: sed exemplo firmavit. Precepit ei apostolis corā quibus trāsfigurat⁹ fuerat *Mathei. xviij.* Memini dixeritis visionem zc. In hui⁹ etiam mysticū documentū post obtentum de diabolo in passione triūphum: mysteriali triduo abscondi voluit in sepulchro: vt postq⁹ de hoste triūphaueris: in secreto p⁹scientie abscondaris. Sicut em̄ dī. ap⁹lus ad *Col. iij.* Mortui estis: z vita v⁹ra abscondita est cū xpo in deo. Hoc etiā est notādū circa palpebras oculoꝝ: q⁹ sicut dicit *phs. li. liij.* de animalibus. Aues claudūt oculos palpebra inferiori: animalia vero gressibilia palpebra superiori. Per aues significant viri celestes. Per aialia mundani hoies eo q⁹ super terram sunt sapiētes. Aiales igitur hoies hnt oculū clausuz ad celestia: sed apertū per desideriū ad terrena. *Psal. Oculos suos statuerunt declinare in ter. Et de nefarijs senibus dicit. Daniel. xiiij. Declinauerūt oculos suos vt non viderēt celū. Spūales autēz viri econtrario terrena per amorem non aspiciūt sed contēnūt. Cōtemplationi vero celestū vehemēter intendūt: dicētes cū ap⁹lo ad *1^a p⁹ b⁹ iij.* Nostra conuersatio in celis est. Cū beatus martin⁹ oculis ad manib⁹ in celū semp intent⁹ limite me inquit celū videre. Et itez de ipso cantatur. *Hec**



Sexta proprietas.

terrā iā videre dignat̄ celo totus inhābat.

Sexta proprietas.

Sexto oculus est in capite collocatus. Dicit̄
Eccl. ij. Oculi sapientis in capite eius. Ca-
put nostrū est xp̄s: a quo nobis spūaliter influūt
sensus et motus. In hoc ergo capite debem⁹ ocu-
los nostros collocare: oculū videlicet intellectus
per cognitionē: et affectus oculū p̄ amorē: quia
ubi amor ibi oculus. Bene oculos suos in capi-
te xp̄o statuerat propheta dauid q̄ dicebat Ocu-
li mei semp̄ ad dñm. Intellect⁹ noster debet in xp̄o
statui: vt inspecte vite christi et cōuersioni: vita
nostra valeat cōformari. Sicut scriptor per hoc
q̄ oculos suos ad exēplar dirigit recte scribit. ij.
Paral. xx. Si ignoremus quid agere debeam⁹
hoc solū habem⁹ residui: vt oculos nostros diri-
gamus ad te. Affectus etiā noster debz in christo
capite collocari: vt attēdētes que pro nobis fecit
et pertulit: et quāta nobis beneficia cōtulit: ip̄m
sup̄ oīa diligamus. Sed multi sunt sicut porcus
qui fructus ab arbore cadētes deuorat: et oculos
ad arborem nunq̄ leuat. In psal. dicitur. Sicut
oculi ancille in manibus dñe sue: ita oculi nostri
ad dñm deū nostrū. Sunt em̄ q̄ plures vt paupe-
res trutāni: qz ad manus elemosynarij p̄pter do-
na respiciūt: et recepta elemosyna elemosynario
dorsus vertūt: et ip̄m deinceps obliuioni tradūt.

Sexta proprietas.

xxvij

Sic et multi beneficijs iam receptis a dño: p̄ in-
gratitudines auertunt̄ ab eo. Et de talibus po-
test dici illud Eccl. xxxvj. Qui querit locupleta-
ri auertit oculū suū. Postq̄ em̄ locupletati sunt
oculū p̄siderationis a deo auertūt et p̄ obliuionē
ab eo recedūt. Deu. xxxij. Impinguat⁹ ē dilect⁹
et recalcitrauit: dereliquit deus factores suū et re-
cessit a deo salutari suo. Taliuz hominū ingra-
tudo cōfundit̄: si irrationabiliū bestiaz gratitu-
do penset̄. Refert cōmentator super librū de aia-
libus: q̄ quidā paterfamilias aspides quendam
a deo domesticauerat vt quotidie veniens de ca-
uerna sua ad mensam patrifamilias hora pran-
dij quasi petens cibū: post comestionē ad cauer-
nam vnde venerat accedebat. Qui progressu tē-
poris duos filios genuit: quos secū ad mensam
hospitis sui vt cibarent adduxit. Unus vero fili-
orum tanq̄ indomesticus filium patrifamilias
venenauit. Quod cernēs mater velut ingratum
filiū puniens in cōspectu omniū interfecit: et qua-
si rationis capax cōfusa cū altero filio verecūda
recessit. Adhuc aut̄ ad plenā cōfusione humane
ingratitude aliud exempluz referam gratitu-
dinis bestialis. Scribit in historijs romanorū: et
idez refert polycraticus. lib. v. q̄ in vrbe romana
homo q̄daz andronic⁹ noīe ad mortē p̄pter sua
facinora cōdēnat⁹ leonē obiect⁹ ē deuorad⁹. Qd̄

D liij



Sexta proprietas.

vt leo pcul a spexit: repete q̄si admirās stetit: ac demū ad ip̄m placide quān letabundus accessit: ⁊ caudam more canū adulantū blande mouit: ⁊ corpori hoīs pre timore s̄a mortui se adiungens crura eius ⁊ manus leniter lingua demulsit. Tūc homo ille blandimēta leonis p̄senties vix oculos ad ptuendū leonē paulatim aperuit: ⁊ aīum quē ppter metū amiserat recuperare cepit. Tūc quasi post factā mutuā recognitionē letos videns et gratulabūdos ad inuiscē hoīem ⁊ leonez: ⁊ ac clamantē populū q̄ conuenerat ad spectaculum: cesar illū hoīem ad se vocās diligēter inquirīt: cur atrocissimus leo sibi solī pepcit: q̄ ceteros p̄tin⁹ deuorare cōsueuit. Ille hō rem mirabilē narrās ait. Cū puinciā affricam p̄ cōsulari imperio meus dñs obtineret: ego ppter crudelitātē ei⁹ ⁊ verbera dominiū eius ferre nō valēs: ad campoꝝ solitudines fugiens elongaui: ⁊ in cauea q̄dam latebrosa quā repperi latitauī. Ad quā caueam nō multo post venit hic leo pede debili ⁊ cruento terribiliter rugiēs: ⁊ pre dolore vulneris ingemiscēs. Quo viso vltra modū suz territus: ⁊ q̄si toto animo cōsternatus. Sed postq̄ leo specū ingrediēs ⁊ in habitaculū suum in gressum me vidit: ad me mitis ⁊ mansuetus accessit: ⁊ pedem lesū ostendens mihi gratia curationis porrexit. Tūc ego ingentem stipitem vestigio pedis eius herentem

Septima proprietas.

xxviii

diligenter reuulsi: ⁊ cōpresso vulnere sanie ad generatam eduxi: ⁊ cruore detergēs vulneris ip̄ius leniter exiccaui. Tūc ille p̄ medelam meā alleuiatum se senties: pede in manibus meis posito recubuit ⁊ quieuit. Et ex eo die p̄ triennū ego ⁊ leo in eodem specu māsimus: ⁊ eiusdem cibarijs vli fuimus. Cum em̄ feras venatōe ceperat: pinguis ora membra mihi offerebat: q̄ ego ignis non habens copiā: meridiano sole cocta edebā. Sz post q̄ illius vite beluine me te duit: leone venato p̄fecto specū reliq̄. Et post fugaz tridui a militibus deprehēsus: ad dñm meum quē quondam fugeram sum adductus: ⁊ ex affrica romam ductus: vbi me capitali sentētia damnatū dñs meus dā dum ad bestias pcurauit. Hic autē ē leo ille quē quodā sociū habui: q̄ mihi vt videtis gratiā ⁊ vicem exhibet: ⁊ p̄ fideli societate: ⁊ p̄ sibi exhibita p̄ meam operā sanitate. Tūc andronicus iubēte cesare est a pena solutus ⁊ eidem leoni vt socius est donatus. Exinde amicitibus sibi leone ⁊ homine: ⁊ vrbem peragrantibus ⁊ circuiensibus dicebant omnes. Hic est homo medicus leonis. Erubescant igitur homines beneficiorum diuinorum immemores: tantam ferarū ad suos beneficos gratitudinem audientes.

Septima proprietas.

o liii



Septimo oculus est forme seu speciei rei visibilis receptiuus. Cuius inter alia hec est vna pbatio manifesta. Probatur enim in principio p spectiue: q si qs in luce diei vehementer aspiciat in celū de loco sup quem domus habeat foramē magnū discoopertū ad celū: et reuertatur postea ad locū obscurū vel claudat oculus aspiciet foramen illius foraminis cū figura. Foramē qd nos oēs attēte debemus ⁊ frequēter aspiciere est latus xp̄i pforatū in cruce. Apo. v. Videbit eū ois oculus ⁊ q eū pupugerūt. Et zach. xij. Aspicient ad me quē cōfixerūt. Oēs ei xp̄m cōfiximus: immo ⁊ crucifiximus: qz p oibus crucifixus est xp̄us. Intret igit vnusquisq domū cōscientie sue: ⁊ mētis oculo christi vulnera cōtēplet: vt christo passo p suo modulo cōforme. Scribit in li. de commixtione elementoz. q si interfectoz eū quē interfecit aspexerit: vel si p̄ns affuerit: p̄tinus sanguis de interfecti vulneribus emanabit. Quod si verū est: inferri potest: q si nos christū occidimus cuz pro nobis occisus fuerit. non recte ipsum aspiciat quem sanguis eius ac si recēter de visceribus eius flueret oculū saltem nostre mentis nō afficit. Sed pauci hoc foramen aspiciunt. Un cōquerit dñs puer. j. Extēdi manū meā in cruce. s. pforatam ⁊ non fuit qui aspiceret. O q̄ deuote respiciebat hec foramina beatus Bern. vnde exponens

Illud Can. ij. Veni in foraminibus petre: in cauerna macerie: sermone. lxj. sup cantica loquitur ita. Securus habito qz statuit supra petrā pedes meos: fremit mūdus: p̄mit corpus: insidiat diabolus: nō cado: fundatus em̄ sum supra firmam petrā. Peccauī peccatū grāde turbabit cōsententia: sed nō pturbabit qm̄ vulnerum dñi recordabor. Mempe vulneratus est ppter iniquitates nostras. Ego hō fidenter qd ex me mihi deest vsurpo mihi ex visceribus dñi: qm̄ mie affluūt: nec desunt foramina p q̄ fluant. Foderunt em̄ manus eius ⁊ pedes: latusq lancea perforarunt: ⁊ p has rimas lz mihi sugere mel de petra oleūq de saxo durissimo. i. gustare ⁊ videre qm̄ suavis est dñs. Clavis em̄ reierās: clavis penetrās factus est mihi vt viderē voluntatē dñi. Patet arcanum cordis p foramina corporis. Patent viscera mie dei nostri: in qbus visitauit nos oriens ex alto. Pro igit ad illa sic referta cellaria atq ad ammonitionem pphete relinquā ciuitates ⁊ habitabo in petra: ⁊ ero q̄si colūba nidificās in summo ore foraminis. Hoc sumptum est Hier. xlviij. Et idem Bern. in illo sermone qdragesime Cadent a latere tuo mille. dicit: Utinam ego talis mereare esse columba que in foraminibus petre habitē ⁊ in foramine lateris dextri.

Octaua proprietas.



Octavo oculus corporalis est non sui sed alterius agnitivus. Et in hoc differt oculus carnis ab oculo mentis. Nam oculi corporis seipsum videre nequeunt: sed alia conspiciunt. Contra oculi cordis de se non de alijs infallibiliter iudicare possunt. Unde qui alios iudicat non seipsum oculos mentales convertit in oculos corporales. De quibus Job. x. Nunquid oculi carni tibi sunt. Et ideo fatui sunt qui facta aliorum et cogitata que conspiciunt nequeunt temerarie iudicare presumunt: Sed hodie quod plures inveniunt tales. Unde Aug. ix. li. confes. Curiosum est genus humanum ad cognoscendum vitam alienam: desideriosum ad cognoscendum suam. Et Bern. li. considera. Multi multa sciunt et seipsum neque sciunt: alios inspiciunt et seipsum deserunt. Et Grego. nazan. dicit: Nichil suavius videtur hominibus quam aliena loqui vel aliena curare. Sed hoc a composita mentis arbitrio videtur alienum. Sed sicut dicit Hiero. ad assellam epistolam. lxxxiij. Periculosum est de secreto alterius iudicare. Et non facilis verba prava dixisse de rectis. Isti sunt sicut scholaris fatuus: qui habens librum litteris latinis conscriptum quem bene intelligeret et in eo studendo multum proficere posset: et tamen in eo nunquam inspicere vellet: sed in libro greco vel hebraico sibi profus incognito quotidie mularet. Tales videntur speciem humanam exire et lincis speciem induisse: dum dicunt se cordius

secreta videre: cum tamen dicatur. j. Corint. iij. Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Et vere stulti sunt quod ut dicit Tullius in li. de tuscula. questio. proprium est stultitie vitia cernere aliena et suorum obliuisci. Isti sunt quibus dicit dominus Lu. vj. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem in oculo tuo non consideras. Aut quomodo potes dicere fratri tuo sine etiam festucam de oculo tuo ipse in oculo tuo trabem non vides? In seipsis enim non vident peccata grandia: in alijs autem videtur que parva sunt vel forsitan nulla. Unde et Horatius poeta dicit Lu tua non videas oculis mala lippus inunctis: cur in amicorum vitis tam cernis acute Tales assimulantur furibus: que arcas apertas negligunt. id est conscientias proprias: que eis aperte et note sunt. Sed arcas clausas. id est aliorum conscientias que non videntur inquirunt. Seneca. Fures signata querunt aperta pretereunt. Tales proprie dormitantibus comparantur. Ille enim qui dormitat ad se claudit oculos dum caput inclinat: ad alium autem oculos aperit dum caput erigit. Sed audiat quid de eis dicitur puer. xxiiij. Inductur pannis dormitator. Occasione enim huius dormitationis qua volunt iudicare: alios se neglectis vestientur pannis: id est veste damnationis. Et qui nituntur alios confundere iudicando temere: induentur quasi dipteryde confusione sua. Oculus exis



stans in luce non videt existentes in tenebris: sed potius everso. Sic peccatores in tenebris existentes in luce gr̄e temere iudicare presumūt. Iusti vero celit̄ illustrati pctōres iudicare nō norunt. Et ideo vt filij lucis sim̄ cū peccatores cōspiciamus: nō eos facile iudicem̄: sed magis cōdolentes eoz miserie defleamus quia in similibus aut lapsi sum̄ aut labi possumus. Legimus de sc̄to iohāne elemosynario in vita ip̄ius: inter alia bona que hic sanct̄ habebat q̄ neminē iudicabat. Sed cū audiebat iudicātes alios corrigebat dicens. Vos peccatis: primo contra mandatū dñi sc̄z. Nolite iudicare et nō iudicabimini. deinde qz nescitis qualis modo sit quez peccantē sciuitis. Sepe em̄ peccatū furis vel perisuri vel fornicatoris vidimus: sed eius penitentia que deo accepta est nō videm̄. Legit̄ etiā in vitis patrū de sancto J. heremita: q̄ inuitatus in scythia ad iudicādū ibi fratrem culpabilem: sportā vetustissimā plenaz arena portabat. Interrogat̄ qd hoc esset respōdit. Peccata mea sunt post me sequētia et nō video ea: et hodie venio iudicare aliena. Bene iste in luce gr̄e positus erat: q̄ peccatōrē existentes in tenebris iudicando temerarie nō videbat. Dicit Ansel. in li. de similitudinib̄. Cōsideratio alieni pcti multa mala in diuersis parit. Si em̄ peccator est qui alterius culpam considerat: malo illi

exemplo in peccato perseuerat. Si vero penitēs a peccato penitētia frigescit: eodem exemplo: q̄ si eodez peccato vel alio tentat̄ facilius exemplo supatur. Si aut̄ tētatione carebat: eo ip̄o tentat̄ q̄ vicium illius cōsiderat. Si vero iustus preterendo se illi in superbiam extollit: quē si diligebat etiā in deo: nūc incipit habere odio. Nō est ergo facile considerāda alterius culpa: cuī cogitatio tot generat mala. Sācti vero viri nō temere iudicant alios: sed sollicite nouerunt iudicare seip̄os sciētes qd̄ scriptū est Eccl. xvij. Posuit oculum ip̄oz sup corda ip̄oz. In quo verbo sapiēs predictam proprietatē interioris oculi nobis apte demonstrat: vt dum oculus sup cor poni dicit̄: seip̄m posse videre monstrat. Secreta aut̄ alienoz cordium videre non valet. Nā ea solus homo cuius sunt aspicit: et nullus alius nisi deus cuius ocul̄ cuncta cernit. Unde dicit̄ Job. xxvij. Semitam ignorauit avis: nec intuitus est oculus vulturis. Peccator p̄ vulturem designat. Vultur em̄ pedibus libēter graditur: vnde et a quibusdam gradipes appellat̄: q̄a terrena peccator amat: et terrenis peccatis inhiat. Quis etiā vultur in altum volat: qz peccator quisqz mentes ad celestia leuat: sed qua intētionē hoc faciat alter ignorat. Quis em̄ intuet̄ oculos vulturis. i. intētionem cogitationis. Hoc opus sibi reliquit: qui cogitationes



hominum solus nouit.

¶ Hona proprietates.

Nono oculus est s̄m diuersitatem distantie
visibilitū diuersimode cognitiuus. Si enī
rem videat a remotis: eaz iudicat esse parua. Si
vero de prope: iudicat esse magna. Unde solem
quē a remotis cernimus: esse modicū iudicam⁹:
cū tñ demōstratione certissima demonstratur esse
centies sexagesies sexies maior terra. Modo cō
simili peccatores a deo et a celesti premio p̄ pcti
distantiaz plurimū elongati. Longe est enī a pec
catoribus salus dñi: et celeste premiū paruipēdūt
Terrena vero quib⁹ per amorem sunt propinqui
magnipendūt. Un̄. Numeri. xxiiij. Dixit balaā
filius beor. Dixit homo cui⁹ obscuratus est oculo
sus: q̄ cadens habet oculos aptos. Videbo eū
sed nō modo. Intuebor eū s̄z nō prope. P̄ctōres
siquidē cadētes et deiecti ad tēporalia p̄ amores:
oculos habentes apertos: sed ad celestia obscu
ratos deū q̄si p̄cul aspiciūt: et ideo ip̄m nō s̄m ei⁹
magnitudinē estimātes cōtemnūt. Unde et phar
rao per pctiñ a deo elogat⁹ dicebat. Quis ē dñs
vt audia uocem eius? Nescio dñm et israel nō di
mittā. Un̄ et talib⁹ tanq̄z longe distantibus dicit
dñs Esa. xxxiiij. Audite q̄ longe estis et cognosci
te fortitudinē meā. P̄ari ratione qz cōtemplantē
celestia tanq̄z ob defectū amoris a se distātia: re

putāt ea exigua. In quoz p̄sona d̄z Esa. xxxviiij.
Attenuati sūt oculi mei suspiciētes i exelso. Ter
rena uero utpote affectui eoz proxima iudicant
esse magna. Un̄ et d̄ auaro dicit dñs Isiere. xxij.
Qui dicit edificabo mihi domū latā et cenacula
spaciosa. Et seq̄tur. Tui enī oculi et cor ad auari
ciam. Oculo nāq̄z auari terrestris dom⁹ quaz de
prope respicit sibi magna uidet. Celestis uero do
mus quā procul aspicit parua putat: cuz tamen
scriptū sit Baruch. iij. O israel q̄z magna est do
mus dñi: et ingēs locus possessionis ei⁹: magn⁹ et
nō habēs finem excelsus et imensus. Ecōtra hō
sanctoz oculis celestia ut p̄pe posita uident ma
xima. Et ideo David cui⁹ affectui de⁹ propinqu⁹
erat dei magnitudinē cognoscebat. Un̄ dicebat.
Quia ego cognoui q̄ magnus est dñs. et de⁹ no
ster p̄re oibus dijs. Et de magnitudine celestis
premiij idē ait. Quā magna multitudo dulcedis
tue dñe. Terrena uero cū sint ab affectu sc̄toz re
mota parua uidentur eis imo etiaz quasi nulla:
Un̄ Isiere. iij. Aspexi terrā et ecce vacua erat et
nihil. Cōsimilis est rō de humilibus et supbis: q̄re
istī magnos se reputāt: illi paruos. Semel inter
scholasticos hec q̄stio fuit mota. Quid ē q̄ quā
to aliquis perfectior et sanctior tanto humilior: et
quāto magis pctōz tāto superbior: cuz ecōtrario
esse debeat ut uidet. Nam hō sc̄tus plus uidetur



habere materiã vñ extollí debeat: peccator vero vñ humiliari debeat: cū nullū bonū habeat. Et respondit qdam loquēdi promptulus q immo ecōtrario debeat esse. Humilitas inq̄t deo hominē approximāt: supbia ab eo elōgat. Videmus em̄ in hac machina mūdiali: q̄ quāto circūferentia est minor: tāto est centro pp̄inquoꝝ: et quanto fuerit maior: tanto est a centro remotioꝝ. Sed dicit Dio. in angelica hierar q̄ d̄us est q̄si quoddā centrū: et sp̄s intellectus mouent̄ circa deū more circūferētie circa centrū. Per hūc modum est de hoibus q̄ suo modo circa deum mouent̄ q̄si circūferētia. Juxta illud Act. xvij. In xp̄o viuimus mouemur et sumus. Quāto ergo quisq̄ est breuior. i. humilior: tāto deo pp̄inquoꝝ. Et quāto p̄ supbiam maior: tāto a deo remotioꝝ. Psal. Humilia respicit. s. de p̄pe: et alta. i. supba a longe cognoscit. Et Eccl. xv. Lōge abest a supbia. Illūc aut̄ sic est q̄ quādo aliqd̄ a remotiori videt̄: tāto minus videt̄. Qui em̄ turrim aliquam respicit a remotis: videt̄ ei q̄nto remotioꝝ tāto minor: et q̄nto pp̄ioꝝ tanto maior: et cum ad pedem turris p̄uenerit: eā esse maximā iudicabit. Viri autē sc̄ti sunt p̄pe deum positi. vñ petebat vnus ex eis Libera me deus et pone me iuxta te. Immo sedent ad pedes dñi tanq̄ eius discipuli Deu. xxxiiij. Qui appropinquāt pedibus eius accipiūt de do

ctrina illi. Et idcirco cū se cōspiciūt tanq̄ gna uos circa gigātes positos deū magnū reputāt et se paruos. P̄ctōres aut̄ a deo p̄ pcm̄ distātes seip̄sos magnificāt et extollūt dū dei magnitudinē nō attendūt.

Decima pp̄rietas.

Decimo oculus est totius corporis directi uis. Unde et oculi vocant̄ luminaria: q̄a lumē exteri⁹ recipiūt: et acceptū cōmunicāt et refundūt. Unde secūdus p̄hs oculū diffiniēs ait. Oculus est dux corporis: vas luminis: index animi. Oculus em̄ nō sibi soli videt: sed toti corpori. In quo natura nos instruit vt bona q̄ habuim⁹ alijs cōicāre liberalit̄ studeamus. Cū et sapiēs de sapiētia loquēs Sap. vij. dicit: Quaz sine fictione didici et sine inuidia cōico et honestatem illi⁹ nō abscondo. Ad hoc etiā admonemur. j. Pe. iij. Unusq̄sq̄ sicut accepit gratiā in alterutrū illā administrātes: sicut boni dispēsatores multiformis gr̄e dei. Bona em̄ sp̄ualia si q̄s cōmunicet: nō ido min⁹ h̄z. Et idcirco sicut dicit Cassiodor⁹ in suis epl̄is epl̄a. xiiij. nō debz esse difficile bñficiū qd̄ nō patitur largitate detrimētū. Et Aug. dicit li. de ciui. dei: nō fit minor accedēte vel p̄manēte cōsorte possessio bonitatis: quā quāto lati⁹ tāto cōcordius indiuidua sociōꝝ possidet charitas. nō habebit deniq̄ istam possessionē q̄ eā voluerit habere cōmunē. et tāto



eā reperiet ampliorē: quāto ibi ampli⁹ posuerit
 amare consortē. Et ideo etiā dicit Anticlaudia
 nus in pmo li. Exeat istud in cōmune bonū me
 lius sub luce patebit. Itaq; bonū qđ sepe latet:
 splēdore minori degerat. Lucetq; magis si luce
 fruatur. Sic flos in fruct⁹: in flumē riu⁹ inundās
 igitur et in messem pinguis pcedet arista. Itē in
 vi. li. dicit. Grā thesaurus animi pdiga largos
 Vult possessores: et dedignatur auaros. Clausa pe
 rit: diffusa redit: nisi publica fiat. Labit: et mul
 tas vires acqrit eūdo. Dicit quidā sapiēs: Itō
 tam ingratitudinis videris incurrere: dū pigri⁹
 taris ceteris cōicare qđ gratis pbaris accepis
 se. Hac q̄ppe negligētia qđ deterius arta serare
 custodia: qđ distributū danti et accipiēti cōferre
 potuit salutis incremēta. Itāpuisse videt̄ proxi
 mo qđ nulli cōicat quod accepit q̄si gloriās de pri
 uato. Ceca prudētia est nolle pdesse cū possis.
 Huic autē sentētie cōsonat qđ dicit Bern. Item
 pfecto pximi retines: si donis sciētie et eloquen
 tie adornat⁹ verbū bonū qđ posset pdesse mul
 tis: inutili imo dānabili silētio ligas: cū maledi
 ctus sit qđ abscondit frumēta i pplis. Prover. xi.
 Spiritualiter autē sicut oculus corporis lumen
 suū ceteris mēbris cōicat: dū nō solū sibi videt:
 s; toti corpori. Sic quicūq; illustrat⁹ dono sciē
 tie debet oibus illud liberaliter impartiri vt pos

sit dicere illud Eccl. xxiiij. Videte qm̄ non soli
 mihi laboravi: s; oibus exqrentib⁹ disciplinaz.
 Sic dauid qđ petierat a dño dicēs. Illuua oculos
 meos: alibi dicit. Docebo iniqs vias tuas. Et
 paulus qđ lumē oculoꝝ amiserat: postq; visum a
 dño p manū ananie recepit: cōtinuo in synago
 gā ingressus: iudeis pdicare cepit. Itō dicebat
 Seneca in quadā epla: In hoc gaudeo aliqd di
 scere vt doceā: nec illa res me delectat: licz sit ex
 imia et salutaris: qđ mihi vni sciturus sum. Et si
 cut videm⁹ qđ ocul⁹ corporalis nō ideo minus
 videt qz toti corpori videt: quin poti⁹ ex vidēdi
 exercitio potētior reddit in vidēdo. Vñ ex lōga
 mora in carcere cōtigit aliqs cecos esse. Sic et
 sciētia cōicando nō minuit sed auget. Vñ dicit
 Isido. Sciētia quā aure cōcipis ore effūde. Sa
 piētia em̄ dando fit largior: retinēdo minoratur
 Et in pma epla alexādi ad didymū regē brag
 mānoꝝ sic dicit: Libera res est doctrine cōitas:
 et nesciēs pati dispendiū cū in altero participa
 ta fundit. Sicut si ex vna face plura lumina suc
 cēderis: nullū damnū pncipali materie genera
 bis: qđ quidē facultatē accipit plus lucēdi: quoti
 ens causas inuenit plus pstandi. Aliqñ donum
 sciētie ad dño subtrahit: cū accepta sciētia ceteris
 nō cōicatur: s; magis illiberaliter occultat. Vñ
 et Bern. de seipso refert iup Lanti. omel. lxxxij.



Undecima proprietas.

cū interdū ex his que suggererat spūs: et si nō in
fidelī: mīn⁹ tñ feruentī aīo reseruaret: vt haberet
quīd diceret denuo tractaturus. Ecce vox venit
ad eū dicens. Donec istud tenueris: aliud nō acci
pies. Sim⁹ igit̄ instar oculi corporalis bonorū
nostrozū cōicatiui. Dicit em̄. Tul. in lib. de offi.
Unū oibus debet esse propositū: vt eadem sit vti
litas vnusquisq; z singulorum.

Undecima proprietas.

Undecimo oculus est arcanorū mētis indi
cator. Un⁹ z mot⁹ oculi significat status
interiores animi. Ut em̄ patet p̄ phm. xij. lib. de
aīalis. si oculus fuerit nimis mobilis: significat
instabilitatē mētis. si nimis tardus: pertinacia z
volūtatis. si mot⁹ mediocris: facillē significat mē
tis apprehensionē: z in apprehensione debitam
fixionē. Sunt em̄ quidā in principio feruētes: q̄
post a bono inchoato desistūt: quia ad tempus
credūt: z in tpe tētationis recedūt. Alij sunt tepi
di z remissi. Alij aut̄ bonū facilliter inchoant: z re
cepto firmiter perseverant. Cū em̄ oculus sit in
dex animi: vt dicit secundus phs: hinc est q̄ plerū
q; p̄ oculū perpēdere possum⁹ mētis statū. Qua
lis em̄ vnusquisq; intra se lateat: exterior oculus
manifestat. Un⁹ z de assuero legit̄. Hester. xv. Cū
q; eleuasset faciē: z ardentib⁹ oculis furozē pecto
ris idicasset. Et Eccl. xix. Ex visu cognoscit vir

Duodecima proprietas.

xxxv

et ab occurſu faciei cognoscit sensatus. Ubi em̄
amor ibi oculus. Et ideo facile cōuertit̄ oculus
ad qd̄ inclinat̄ affectus: vt dicit̄ Job. xxxj. Si se
cutus est oculus meus cor meum. Et ideo decet
multū honestū virū vt ab obscenis z impudicis
spectaculis eius oculus arceatur: ne ip̄ius oculi
incōtinentia mētis impudiciā fateat. Unde
dicit̄ Tul. in li. de offi. Cū pericles z sophocles
ad colloquendū de cōsultationib⁹ publicis cōse
dissent: z casu qdā pulcher adolescēs trāsiret: ait
sophocles. O pericle vide pulchrū puez. Rndit
pericles. Pretorē decet nō solū man⁹ z linguaz:
venissz: cuz argo cepit histrionico more fabulas dicere ⁊ plerūq̄ cantare. Et tam diu nō cessauit hoc agere donec duo argi oculi ceperūt dormire Deinde ad cantuz eius duo obdormierūt alij: et sic deinceps: donec somnū caperēt vnuerſi. Q̄ cernēs mercurius caput argi ptin⁹ amputauit et vaccā rapuit: ⁊ ad patrem adduxit: ⁊ ei retulit qualiter arguz per cantus blandimenta seduxit. Argus iste centū oculis oculatus figurat virum prouidū ⁊ vndiq̄ circūspectū. Cui tm̄ timendū est ne si cantus mulier libēter audiat: a circūspectōnis sue vigilantia cadat. Et dormitāte ipsi⁹ prouidentia spūaliter pereat: ⁊ animā quā diligenter seruare debuit: per peccatuz amittat. Ideo dicit Hiero. in quadāz epla. Gradis virtutis est ⁊ sollicitē diligētē est: te castum seruare: ⁊ in carne nō carnaliter viuere: teq̄ pugnare quotidie: ⁊ inclusum hostem aliquāliter expugnare. ⁊ hoc est vaccam quā argū fabule ferūt centū oculis obseruare. Secūdo mulier capīt virū per visum. Tigris em̄ dū cernit speculū in vīa a venatoribus ex industria positū: delectata pulchritudine speculi sistit gradū et obliuiscit catuloꝝ suoz. Per speculum lucidum intellige corp⁹ mulieris ornatū: q̄ cuz stultus aliquis respicit: spūalē aliqñ gradū figit: ⁊ celestia q̄ deberet in se q̄ obliuioni tradit. Capit etiā mulier hoiez p̄ olfactū. Sicut em̄ pāthera vt



dicit phis: odoris sui fragrantia attrahit alia aia
 lia: que postq̄ senserint suauitatis eius odorem:
 ipam comitant etia vsq̄ ad mortē. Sic et plerūq̄
 fatui: quoz̄ cor varijs odorib⁹ delectat currunt
 post odorem muliebrū vnguētoꝝ. Sed audiant
 mulieres talibus intēdētes qd̄ dñs minat̄ Esa.
 iij. Pro eo q̄ eleuate sunt filie syon: et ambulaue
 rūt collo extēto et nutib⁹ oculoꝝ ibant. Et sequi
 tur. In die illa auferet dñs olfactoria: et i aures et
 specula: et erit pro suauī odore fetoz̄. Tandē vero
 mulier capit p̄ tactū. i. opus nephariū perpetrā
 do: et tunc interficit̄ miser hō: exēplo vnicoꝝnis: q̄
 sicut asserūt q̄ naturas scripserūt aiallū hoc mo
 do capit. Virgo nāq̄ puella decēter ornata in sil
 ua preponit: q̄ venēti sinū aperit: in quo ille om̄i
 ferocitate depolita caput ponit. Quem sopora
 tum venatores capiūt et occidūt. Sic samson dor
 mēs in sinu dalile oculos perdidit: ex quo mor
 tez tandē incurrit. Judicū. xvj. Aspect⁹ siquidez
 mulieris aufert interdū oculū ratiōis. Un̄ dicit
 Gre. i. moral. Sit inq̄t recte retributiōis examine
 vt q̄ exteriori negligenter vti: interiori oculo nō
 iniuste cece. Dicit em̄ Euse. in chro. q̄ gorgona
 meretrix p̄t̄ eximiā pulchritudinē ita spectatoꝝ
 res suos mētis reddebat iopes: vt eos vertere vi
 dere in lapides. Coru⁹ cū iuenerit aial mortuū:
 primo eruit sibi oculū: et p̄inde extrahit ab eo ce

rebrū. Sic et mulier primo capit per oculoꝝ aspe
 ctum: et deinde extrahit ex eo cerebrū cū aufert ei
 sensum suū et reddit eū fatuū. Nā ois amās cec⁹:
 nō est amor arbiter equ⁹. Nā deforme pecus ius
 dicat esse decus. Nā sicut dicit Solin⁹ i li. de mis
 rabilibus mūdi: hic est modus capiendī simias.
 Nā cū habeāt ingeniū emulādi: dū gestis venātī
 us effigiare appetūt: visco a venatoribus in silua
 relicto oculos suos abluūt: sicut a venatoribus
 mēdacio factū viderunt. Et cū eaz̄ obducti sunt
 oculi: promptū est eas capi. Sic et mulier impu
 dica oculos suos limit et ad hoc vt capiat̄ ab hōi
 bus se disponit. Et vñ faciē exteriore clarificat:
 iteriore obfuscat. Hiere. iij. Cū p̄ixeris stybio
 oculos tuos: frustra p̄poneris. Quedā meretrix
 cum ex morbo vnū oculū amisisset: et ei sacerdos
 diceret q̄ istud ei p̄pter pctm̄ suū digno dei iudic
 cio cōtigisset. Malo inquit cōtenta esse vno ocu
 lo q̄ vno viro. Ecce feminā propter suaz̄ inconti
 nentiā oculis orbatā: vno tm̄ in corpore: sed duo
 bus i mēte. Nec aut̄ cecitas carnalis p̄cupiscēte
 figurata est in sauli cecitate. Act. ix. Ipse em̄ seq̄
 batur legis cerimonias: q̄ precepit carnales ob
 seruātiās. Sz̄ curat⁹ fuit cadēdo in terrā. i. mace
 rādo carnē suā: et ostendendo se ananie. i. sacerdo
 tī in p̄fessione. Nec etiā cecitas pueniēs ex pec
 cato luxurie figurata est cū suo remedio in cecita



te tobie. Tobias quidē stercozibus hirūdinū ex
cecat⁹: felle piscis sup oculos posito legi fuisse
curat⁹. Per stercoza significat luxuria. iuxta il-
lud eccl. ix. Mulier fornicaria q̄si stercus. Pis-
cis q̄ nutrit in aquis: peccatū significat carnis
q̄ nutrit in fluxu abūdātie tpalis. Quia nō ha-
bet vnde suū paup̄tas pascat amorē. Piscis h̄z
in carne dulcedinē: sed in felle amaritudinem. z
peccatū carnis habet dulcedinē in actu: s̄z ama-
ritudinē in reatu. Si igit sup mētis oculos po-
natur fellis amaritudo: nō carniū dulcedo. i. si
hō cogitet z attēdat nō delectatōis carnal̄ dul-
cedinē: s̄z pene subsequēt̄ amaritudinez: tali me-
dicamie curabit a carnal̄ p̄cupiscētie cecitate.

De sumptuositate oculi et ceterarum
partium corporis. Cap. ix.

In mēsa cuiusdā prelati: mota fuit
hec q̄stio: Q̄d est membrū sūptuo-
sius in corpore hūano: cōiter loqn-
do? Et respōsum fuit ab oibus q̄
veter est membrū sūptuosi⁹. iuxta
illud eccl. vi. Dis labor hois in ore ei⁹. Interro-
gat⁹ tādez quidā p̄hs: qui cū alijs discūbebat:
q̄d ille sup hoc sentiat. Sentio inq̄t q̄ oculi plu-
ris cōstant q̄ mēbruz aliud corporis humani.
Quia sex sunt q̄ diuitib⁹ sumpt⁹ nimios afferūt
sc̄z p̄ciositas vestiū: equoz: edificioz: libroz et

cibarioz: vasoz argēteoz z aureoz. Supfluitas
aut ista nō ob aliud est inuēta: nisi vt pascat ocu-
los. i. z q̄d misabili⁹ est aliēos. Cū seneca. Hō
fames nobis magno s̄z ābitio p̄stat. Et in li. de
morib⁹ idē ait. Jā nō sunt hoies ad rapinā dēti-
tibus z vētre z ore cōtenti: oculis q̄z gulosi sunt.
Et quidā ait. Pl⁹ oculi pascūt animū q̄z fercula
ventrē. Pl⁹ honor obsequij q̄z sapor ip̄e sapit.
Cū z poeta describēs auiditatē oculoꝝ gulosi
sup dapes effusi ait. Respicit ergo dapes circū-
fusosq̄ parat⁹. Jaz notis oculis nozat circūspi-
cit oēm. Lururiē mēse metit̄ fercula rursus: In-
spicit z blādīs epulas p̄currit ocellis. Et i hoc
p̄z oculi p̄digiū: qz etiā aux cōuertit i cibū. Dū
em̄ gula pascit̄ cibo: ocul⁹ auro pascit̄ z argēto
Cū z poeta. Mollis fit cena metallū. Ingenit⁹
q̄z rigor oculi pegrinat in vius: P̄cipibusq̄ ci-
bū metiri cogit̄ aurū. Narrat Helinādus q̄ an-
no. M. xcij. rex quidā anglie Guilielm⁹ noie cū
calciaref nouas caligas quodā mane a cubicu-
lario suo q̄siuit quāto empte fuerāt p̄cio. Cūq̄
ille respōderet: tres solidos: indignās z fremēs
ait. Fili meretricis ex quo rex h̄z caligas p̄cij
tā exilis: vade ex parte diaboli z affer mibi em-
ptas marcha argenti. Fuit ille z multo viliores
attulit: z quāti p̄cij p̄ceperat emptas fuisse cō-
finxit. Iste inq̄t rex coueniūt regie maiestati: in



quē oculi oīm sūt intēti. Iste vt alienos pasceret oculos denarios cōmutauit in solidos. Tāta est oculoz sumptuositas: vt salomon qui de se dicit *Ecc̄s. ij.* Dia q̄ desiderauerūt oculi mei nō negaui eis: dixit alibi: Oculi hoīm insatiabiles. *Pro uer. xxvij.* et *Ecc̄s. xiiij.* Insatiabilis oculus cupidi. Tāta est em̄ oculoz sumptuositas vel curiositas: vt nō solū faciat in sumptibus excedere: verum etiam interdum faciat insanire. *Iuxta illud Ezech. xxij.* Insanuit cōcupiscētia oculoz suoz rū. Hoc em̄ exēplū gr̄a videre possumus in nero: ne. Ut em̄ *Eusebius* in suis chroniciis: et *Boe. in li. de cōsolatiōe philosophiē* testant̄. Nero vt effrenato appetitui oculoz suoz satisfaceret: vrbē romanā incēdit: vt similit̄ troie ardentis inspiceret. Cū refert *Drosius*. Impator nero effigiē troiani incēdiij videre desiderās: vrbis rome incendium voluptatis sue spectaculū fecit. Per septē dies septemq; noctes ardens ciuitas regio pavit aspectus. Qd̄ qdē vniuersale vrbis incēdiū ipse ex altissima turre p̄spectās: letusq; vt aiebat: flāme p̄chritudie tragico habitu heleisphes odā sacerdotales sonās hymnos ciuitatis in q̄ solis splēdor colit̄ decātabat. et qd̄ amplius auditū offendit: matrī sue adhuc viuētis viscera secari p̄cepit: vt sic locū oculis cerneret i q̄ nōdū natus m̄lto tpe iacuisset. Istū plane oculi sui demētē fecerāt

quē ad p̄petrādū nepharia p̄trahēbant. *Propt̄ qd̄ nō immerito cōquerit̄ Ecc̄s. xxxij.* Inequius oculo qd̄ creatū est: Quā sumptuosa sit et damnoſa curiositas oculoz: testificant̄ nō solum diuinā rū testimonia scripturarū: immo etiā fabule poetarū: vñ *Fulgētius li. iij. nichologiarū* sic dicit: *Curiositas oculoz germana detrimēta periculorū nouit suis amatoribus parturire.* Cū acteon venator dianā lauante curiositate quadā oculoz videre voluit: et in ceruū cōuersus a canibus suis nō agnitus: ab eis legit̄ fuisse deuoratus.

De corporaliū oculoz carētia equanimiter sufferēda. L. x.

Attias amisso oculoz lumine legit̄ deo gratias egisse *Tob̄e. ij.* Interdū amisso oculo rū lumine hoī cedit ad bonū. Itā vt ait *Sen. in li. de remedijs fortuitoꝝ.* Intelligendū est p̄tē esse innocētie oculos p̄didisse. Hinc oculi adulteriū monstrant: hinc incestum hinc domū quam concupiscas Irritamēta vitioꝝ sunt et duces scelerū. Melius est autem oculos nō habuisse q̄ deum oculis offendisse. Cū dicit *Tullius* in suis orōnibus. Miserior es cum omnē fraudem oculis ras pueris: q̄ si oculos omnino nō habueris. Hinc etiam sicut testat̄ *Policratus li. viij.* Quidā p̄hi sibi oculos effodisse legunt̄: ne exterius illecebris caperent̄. Utiq; admirādo bonit̄ honesti ferues




bant zelo: quibus recti scientiā nō haberent. Siq̄dem vt dicit Aristo. voluptatus inītia obliuioni mancipāda sunt ⁊ soli exitus memorandi penitētie pleni. Et iō sancti viri dū mala ex oculis penitētia diligēt cōsiderant in orbatōe vnus oculi vel amboꝝ si cōtigat exultāt. Vñ legiſ de petro monocolo abbate clareualeſi. q̄ cum morbo alterū oculū pdidisset: iocando solebat vir dei dicere: vnū se de suis hostibus euasiſſe: ⁊ se plus a residuo q̄ a perditō formidare. Cōsimili mō q̄dam alius sanctus hō amiſſo vno oculo: amicis flētibus ait. Nolite flere. de duobꝰ em̄ inimicis vnū amiſi. Legiſ li. vj. historie triparte: duz iulianus apostata apud cōstantinopolim idolis immolaret: marius ep̄s calcedonie ad eū accessit: et ip̄m publice impiū apostatāqꝫ vocauit. Iulianus v̄o ei solam cecitate impperauit. Erat em̄ senex ⁊ p̄ imbecillitate oculoz manu alterius agebat. Et addidit impius iulianus. Neqꝫ galileus deus tuus curare te pōt. Respōdēs v̄o marcus. Ego inquit deo meo p̄ cecitate gr̄as ago: q̄ hoc ideo est gestū: ne te videā pietate nudatū. Narrat Sigibertus in chronicis ⁊ idēz habet in vita sancti audomari. Audomarus teruanēſis ep̄s p̄ sentio factus cecus: cū atrebatīs in trāſlatōe ſc̄i vedaſti viſum diuinitus recepisset: dolens q̄ cecitatez quā donū dei reputauerat amiſsiſſz: orōnibus ob

tinuit vt iterū cecus eſſet. Et sic cecus exterius illuminatus eſt interius dicēs Ad te leuauit oculos meos q̄ habitas in celis. Sepe em̄ cōtingit: vt cū lumen corporaliū oculoz amiſſiſ: spūaliūz vigoreſ. Legiſ i. viij. li. historie tripartite: q̄ didimus a puericia cecus gr̄aticā: dialecticā: rethoricā arithmeticā: geometriam: aliasqꝫ philosophicas diſciplinās auditu didicit ⁊ memoriā ſciuit. Inſup nouū ac vetus testamentum sic p̄fecte cognouit: q̄ multos libros edidit: ⁊ de trinitate tres libros fecit. ⁊ ſup librum perſarchō origenis explanationes eximias reliquit. Quod vidēs anthonius ait illi. Nō te cōturbet o didime amiſſio corporaliū oculoz. Tales em̄ oculi tibi deſunt q̄ bus ⁊ muſce ⁊ pulices nocere poſſunt. Sed gaude potius qm̄ habes oculos q̄bus etiam angeli cōtūnt: p̄ quos ⁊ deus videt ⁊ eius lumē iſpicit. Hinc etiaꝫ legimus quosdā mūdi p̄hos ſibi oculos eruiſſe: vt totā cogitationē ad mentis cogitaret puritatē: ſicut dicit Hiero. cōtra iouinianum. Hoc em̄ feciſſe democritū p̄m. Claudius in li. ſuo teſtaſ: ⁊ etiā Agellius in li. noctiū atticarū: et etiā Iuſtinus referūt q̄ platōis diſcipuli i tēploꝝ rū vijs ⁊ porticibus v̄ſabāt vt amoniti anguſtioris habitaculi ſc̄titate: nihil aliud q̄ virtutibus cogitarēt. Quorum etiā quidam ad hoc ſibi oculos eruiſſe perhibentur ne per eozum viſum a cō



teplatione sapiētie tardarentur.

De instructione scholariū ex septem cōditiōi-
bus que requirūtur ad vīsum. Cap. xj.



Ad hoc vt fiat visio ppleta: ista sep-
tē sūt necessaria Debīta dispositio
organī: p̄sentia subiecti: p̄portio
distātie: soliditas rei vīse: attentio
potētie: mora t̄pis: diffusio lumis:
mediū illustrātis. Debītā autē dispositionē orga-
ni auferūt ista tria. Tumor seu p̄minētia sup̄bie
pulis auaricie: humor cōcret⁹ luxurie. Prop̄
p̄mū dicit p̄hs. xix. de aīal. q̄ ocul⁹ p̄minēs est
visus debil⁹: z oclus p̄fūdus ē boni visus z fort⁹
Mō p̄sili ē de hoīe hūili. Nā sic oculos p̄fūdus
hūtes meli⁹ vidēt lōga distātia: z etiā subtilia z
minuta: q̄ hūtes oculos tumidos seu etiā p̄mi-
nētes: q̄ etiā de facili ledunt ab obiecto sensibili
Sic z hūiles clari⁹ vidēt subtilia q̄ sup̄bi. puer.
xj. Ubi hūilitas ibi sapia. Jō dicebat saluator
Math. xj. Cōfiteor tibi dñe p̄ celi z terre: qz ab-
scōdisti hec a sapiētib⁹ z prudētib⁹: et reuelasti
ea paruulis. glo. i. hūilib⁹. Quōqz em̄ paruulis a
dño reuelant⁹: q̄ a sapiētib⁹ abscondunt⁹. In cui⁹
signū p̄ leproso sal⁹ fuit samarie nunciata. Et
subiugalis asina balaā dñm suū a via reuocauit
illicita. Un̄ z ātoni⁹ heremita singlos patrū in-
terrogabat de scripturis: z q̄sqz fm suā sentētia z

rūdebat: ioseph interrogat⁹ vltimo rūdit. Nescio
Et ait ātoni⁹. Hic sol⁹ viā sciēdi inuenit: q̄ se ne-
scire rūdit. Hinc ē qd dicit Bern. in li. de ḡdib⁹
hūilitatis. Illud qz q̄ in scala illa q̄ in typo hūi-
litis iacob mōstrata est dñs apparuit: qd nob̄
aliud inuit: nisi q̄ in culmine hūilitatis p̄stituit
cognitio v̄itatis. Et Jsi. dicit li. ij. soliloquior.
Veritas mētez fugit quā humilē nō iuenit. Et
Valeri⁹ maximus li. viij. dicit de socrate: qz ad
addiscendū semp se paupē credidit: ad docēdū
semp se locupletissimū fecit. Ad hoc ergo qz sco-
laris in scia bñ p̄ficiat: oportet qz hūilitati stu-
deat. qz fm psal. dñs intellectus dat paruulis. i.
hūilib⁹. Et Apo. iij. Ecce dedi corā te ostiū ap-
tū. i. ingressū ad noticiā scripturaz: qz modicaz
habes virtutē. i. humilitatē: q̄ facit hoīem ī ocu-
lis suis modicū reputare. Deu. xxvij. Si custo-
dieris mandatū dñi dei tui: aperiet tibi thesaur⁹
suū optimū celū. i. noticiā celestīū. Mandatum
autē dñi est hūilitas. Math. xj. Discite a me q̄a
mitis iuz z hūilis corde. Hec autē scolaris hūi-
litas ī trib⁹ p̄sistit. P̄rio qdē vt a q̄z libēt addi-
scat. vñ au. Ego senex z tot ānoz ep̄s a collega
meo nōdū āniculo parat⁹ sū edoceri. vñ z paul⁹
sapia legis p̄dit⁹ vtpote a gamaliele edoct⁹ mis-
sus ē ad ananiā vix simplicē ab eo instruēdus.
Un̄ dictū est ei. act. ix. Surge z igredere ciuita:



te: dicit tibi qd te oporteat facere. Ubi dicit glo
sa. Exēpluz dīcēdi dāi z supbia icrepat. vt nul
lus aliū indignū estimet a quo doceat qd igno
ret. Itē q nulla scientiā contēnat. Dicit em an
selmus in libro de similitudinib⁹. Similitudo ē
inter stultos paupes z stolidos scolares. Paup
em insipiēs cū obolū acqrit vel aliqd parui mu
nisculi dicit. Ad qd illud tantillū seruabo: non
pp̄ hoc diues ero. Expēdaz hec itaqz i pomis
aut in nucib⁹ aut alia quacūqz re mihi delecta
bili. nō em istud custodiēdo sollicitus esse volo.
Sic stolidus scolaris dum paruipēdit minima
nūqz pficit ad maiora. Sapiēs vō paup pua q
acqrit diligentē custodit: z q min⁹ se habere cō
siderat eo magis retinere desiderat: quatin⁹ ex
paruuloz cōgerie ad maiora qat qnqz ptingere
Sic is q sentit se pauperē esse sciētie: dz facere si
velit ad aliquē effectū scie puenire. Mā sicut par
ua grana massaz z gutte fluuiū: z multi numi di
uite faciunt: sic multe sciētie particulares sapiēs
tez efficiūt. Itē requirit vt illatas iniurias z cō
tumelias paciēter sustineat. Circa hec em antiq
phi legūtur fuisse studiosissimi. Un̄ quidā phs
sibi maledicēti ait. Tu didicisti maledicere: z e
go didici maledicta contēnere. Legit etiā q so
crates cū semel p villā trāsiret z quidā eū cū pu
gno in capite pcussisset: nihil aliud r̄ndit: nisi q

percutiētī qsi iocans ait Malū est q hoies igno
rant qn armati z qn inermens incedere debeant.
Si em hūc ictum p̄sciuissem caput cooperuissez
Legit de eodē pho q cum vellet nubere mulierē
litigiosimā quam inuenire potuit sibi matrimo
nio copulauit. Que ipm statim vt domum intra
uerat iurgijs z cōtumelijs impetebat. Ille aut vt
patientissimus ad oia tacebat. Lunqz ab amicis
interrogatus fuisset cur tam inq̄tissime mulierē
nubisset r̄ndit: vt discerē in domo qlis esse debeā
in foro Hiero. etiā in libro cōtra iouinianum lo
qns de patiētia eiusdē socratis ait. Accidit qdaz
tpe q cū socrates vxori sue i alto domus solario
existēt: eiqz infinita cōuicia ingerēt diu p̄ patiē
tiam restitisset: tandē aq immunda pfusus: nihil
r̄ndit amplius qz deteriso capite ait. Sciebā inq̄t
futurus esse q post ista tonitrua pluuia seq̄retur.
Olim cū phie studiū flozeret athenis senex qdam
sedebat in porticu ciuitatis z qn aliqz scolaris ve
niebat ad studiū: senex ille cōuicijs puocabat il
lum Et si videbat in illo aliqd signū impatientie
non pmittebat illū intrare: sed tanqz ineptum ad
studiū: ire retrosum cōpellebat Scolaris igit. i.
internus oculus nō debet esse supbia p̄minēs si
ue tumidus: s; humilitate pfundus. Actores at
p̄spectiue scie cōsueuerunt causam triplicem assis
gnare quare peius videāt q habēt oculos p̄minē



res quæ oculos profundos habentes. Prima causa est quæ profundus oculus est magis a nocentibus exterioribus elogatus. Secunda causa est quæ in oculo profundo virtus visiva amplius adunatur: eo quæ magis interius profundatur. Tertia causa est quæ profundus oculus ad nervum commune propinquius accedit. In quo nervo virtus visiva sicut in fonte consistit. Ex consimilibus causis sapientia magis conceditur humilibus quæ superbis. Primo quæ quæ humilitas est maxime a periculis elogata: et ideo novit declinare pericula. Unde et cum anthonus mundum laqueis plenum vidisset et quereretur quæ laqueos istos evadet: respondit humilitas. Hec mixta si humilitas laqueos evadit. Quia si sint in alto laquei: humilitas evadit quæ caput demittit. Si sint inferius: humilitas evadit quæ ad terram vel pedes respicit: hoc autem est initium sapientie scilicet mala spiritualia declinare. Secundo quæ humilitas bona sua non ostendit sed magis congregat et occultat: et quanto amplius tanto videt perfectius. Unde sicut dicit plinius in .ij. li. naturalis historie Oculus existens in profundo puteo potest de die videre stellas in celo. Et dicit ptholomeus in principio almagesti quæ inter sapientes humilior sapientior existit. Sicut locustior magis altioribus habundat aqua ceteris lacibus. Tertio quæ humilitas est maxime deo propinqua. Unde et beata virgo quæ fuit humilissima ac per hoc deo summe prece: omnia verba salvatoris in corde suo legitur conservasse.

laqueos

ostendit

Et ideo pleniorē noticiam de divinis creditur per ceteris plenius habuisse. Deu. xxxij. Qui appropinquant pedibus eius accipiunt de doctrina illius. Qui ergo voluerit ad veram scienciam pervenire: ad illum debet per humilitatem accedere quæ scienciam dei est. I. Reg. ij. In quibus sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi Col. ij. Oportet enim familiarē esse thesaurario quæ vult gaudere de thesauro. De quo dicitur ad eius ostium humilitatis pulsare in cuius manu liber est omnium scientiarum quæ solus agnus quæ occisus est dignus est aperire. Apo. v. Hec est clavis illa quæ aperit et nemo claudit claudit et nemo aperit: et sine qua ad intelligentiam veri nullus accedit. Hec est enim quæ cum discipulorum oculos tenerent ne sapientiam quæ eos alloquebatur agnoscerent: aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Nam qui presumptuose ingenij aut studij viribus scripturarum integritatem apprehendere conatur: quæ si ostium infringere temptat: et ideo quasi a sacrario sapientie exclusus: ab intelligentia veri alienus existat. Nam et sodomite dum angelos correctores malicie: et viri iusti. scilicet loth hospites corripere voluerunt cecitate percussi sunt oberrantes circa parietem tanquam ceci et tenebris obvoluti. sic dum elati ad parietem scripturarum oberrant: iusto dei iudicio ceci fiunt sicut sensum rectum quæ in domo simplicis est cum quæ est famociatio dei: et quæ corrector est malicie versus angelum non attingunt. scripta quæ de sacra est quasi angelus: quæ deo mittente ad increpandum hominum maliciam in mundi sodo;

debet

b ij



nam descēdit et dicit. Audite verbū dñi p̄ncipes sodomoz: auribus percipite legē dei mei p̄plus gomorre. *Esay. i.* Scdm̄ q̄d impedit debitā dispositionem oculi est puluis auaricie. Et tō quōdam phi execrabant diuicias: nec putabant cuz eoz sollicitudine aliquā prudentiā obtinere. Unde sic dicit tullius in li. de officijs. *Mobiles phi desiderio scie acq̄rende patriā relinquētes in exiliuz iuerunt nunq̄ postea reuersuri.* Anaxagoras etiā am cū post longa tpa studioz in patriā redisset et possessiōes suas quas reliq̄rat defras reperisset. *Nō essez inquit saluus nisi iste p̄sset.* Dixit etiā socrates *Nemo locuples fiat vt doceat nisi se ad addiscendū pauperē et egenū credat.* Sicut enim puluis oculū obtegīt et visum impedit: sic rerum affluentia lumē ratiōis extinguit. *Un̄ et pulchre ait polycras. Nulla libris apta erit manus ferugine tincta. Nec numata queūt corda vacare libris. Nō est eiusdē numos librosq̄ probare. Numipe te cū libricolis nequeūt simul esse. Ambos crede mihi non capit vna domus.* Socrates etiā cum athenis causa studēdi pergeret non parum auripondus in mare proiecit et ait. *Ite pessime diuicie sollicitudinibus plene: submergā vos ne submergar a vobis.* Refert victrinus in li. vi. architecture. *Aristip̄ phs socraticus: cū p̄ naufragium ad littus rodieliū fuisset eiectus cū geometricas*

figuras vidisset in sabulo: ad comites exclamauit pre gaudio. *Bñ sperem: hoim vestigia vido.* Statim in oppidū rodū cōscendit et ad gymnasiū deuenit: ibiq̄ disputans cū phiē p̄fessoribus dotatus ē multis munerib⁹: vt nō tñ se ornaret: sed etiā hijs q̄ secū fuerūt: et vestituz et cetera que opus essent ad victū p̄staret. Cū aut̄ ei⁹ comites in p̄riam voluissent reuertī: et ei dicerēt qd̄ domū vellet nūciare. *Dicite inq̄t cū ad p̄riam veneritis huiusmodi possessiōes et viatica oportere parari liberis: q̄ a naufragio possent euadere cū ip̄s euadentibus: et talia vite p̄sidia: quibus obesse nequeat rez mutatio: nec bellivastatio: nec fortuna alia quantūcūq̄ aduersa.* Ecce phicū simulz saluberrimū documentū: hortās ad sapiētā potius q̄ ad pecuniā acquirēdā. *Iuxta illud Sapientie. vii. P̄reposui sapiētā regnis et sedib⁹: et diuicias nihil esse dixi i cōparatiōe illi⁹ qm̄ om̄e aurū in cōparatione illi⁹ harena est exigua: et tā q̄ lutū estimabit argētū in cōspectū illi⁹.* De hoc etiā *Theophrast⁹ ait. Inter hoies solus ille qui fuerit doct⁹ in alienis locis nō reputabit peregrinus. Amisissis ei familiarib⁹ et necessarijs amicis nō erit amicis et familiarib⁹ destitut⁹: sed i oi ciuitate reputabit tanq̄ ciuis et not⁹. Difficilesq̄ fortune sine timore pōt despiciere casus. Ille vero q̄ nō sciētis s̄ diuitijs est vallat⁹: lubricis incedit*



stineribus: infirmis p̄sidijs inrens et instabilib⁹
 Dia em̄ munera fortune cū dan̄ ab ea facile adī
 munt. Discipline h̄o cū ais p̄iūcte permanēt sta
 biliter vsq; ad exitū vite. Hinc apparet quozūdā
 modernoz stulticia q̄ om̄ez scientiā laborē inutis
 lem arbitran̄: nisi eā diuicie cōsequantur. Cū tñ
 fm̄ sapiētis sniam p̄stet eā sup salutē et om̄ez pul
 critudinez appetendā. Sap. vij. Super salutē et
 speciē dilexit eam. Tertiu quod impedit debitaz
 organi dispositionē est amor carnalis cōcupiscē
 tie. Cū dicit p̄hs. xij. li. de aialib⁹: q̄ aues habē
 tes in oculis humorē purū et tēperatū sunt acuti
 visus et alti volatus: vt ptz de aq̄la q̄ propter pu
 ritatē oculoꝝ volat ceteris auib⁹ altius: et solem
 cernit irreuerberatis obtutib⁹. Modo p̄sili ha
 bētes puritatē mentis et carnis p̄nis virtutū vo
 lant sublimi⁹: et celestia contēplant limp̄idi⁹. hic
 em̄ Jōhes euangelista p̄p̄ prerogatiuā virgīnee
 puritatis tanq̄ celestis aq̄la p̄e ceteris alti⁹ tūc
 volauit q̄n fluēta sapie de ip̄o dñici pectoris fōte
 potauit. Paul⁹ etiā q̄ de puritate sua loquēs ait
 ij. Th̄i. p̄io. Gr̄as ago deo meo cui fuis in p̄sciē
 tia pura: q̄n iā ad celestia euolasset dicit. Cōuer
 satio n̄ra in celis est Phil. iij. Suit igit̄ alti vola
 tus: fuit etiā acutissimi visus q̄n ad tertiū celū. i.
 ad tertium gen⁹ visionis: vt intellectualiter con
 templaretur celestia suit raptus. ij. Cor. xij. Et

dicit Cassiodorus q̄ Paulus venit ad tantā sa
 pientiā propter carnis mūdiciam. Sapiētia em̄
 cū sit speciosior sole vt d̄r Sapiē. vij mūdū requi
 rit hospitū. Narrat Grego. nazāzen⁹ q̄ cū ipse
 iuuenis studeret athenis apparuerūt ei in visiōe
 due speciosissime puelle: et accedētes p̄p̄ ruerūt
 in ei⁹ amplex⁹. Ipse h̄o vt cast⁹ erubuit et admī
 ratus nō modicū ait. Que nā estis? Et ille. Nos
 inq̄unt sum⁹ due puelle tibi ad modū familiares
 et dilecte. Et ego sum castitas dicit vna: et ego sa
 pientia dixit alia. Et venimus ad te volentes res
 cum o castissime iuuenis habitare: qz tu nobis
 in corde et corpore tuum sc̄m̄ habitaculum p̄e
 parasti Sapiētia em̄ in animas sc̄tās se trāssert
 et imundū habitaculū detestatur. In huius rei fi
 gura legitur Exo. xix. Quod moyses filijs israel
 receptoris legem p̄cepit vt vestimenta lauarēt
 et a mulieribus abstinerent. Cū em̄ lex dñi sit im
 maculata vt dicit psal. Eloquia dñi eloquia ca
 sta. diuina sapia imaculatū et castū req̄rit discipu
 lū. Ideo dicit hugo in didascalō. Illaudabilis ē
 sciētia quā vita maculat ipudica. Et. j. Reguz.
 xxi. Achimelech sacerdos anteq̄ panes p̄posi
 tiōis daret dauid et pueris ei⁹ diligēt q̄liuit. Sūt
 nevasa pueroꝝ mūda maxie mulierib⁹ i q̄ misice
 dat̄ itelligi: vt q̄ des̄drat a sūmo sac̄dote xp̄o p̄e
 sapie et intellect⁹ cibari: studat castitati. vii etiā dic̄

h iij

pane



Augu. li. xij. de trini. q. plato narrat quendam puerum de geometria interrogatum sic respondisse: tanquam esset illius peritissimus discipline. Dicit etiam augustinus in libro de ciuitate dei quod socrates primus inter philosophos philosophiam conuertit ad mores: cum omnes ante illum magis naturalibus intenderunt. Hoc autem fecit socrates ut ibidem Aug. dicit: ut de primis libidinibus exoneratus animus ad noticiam diuinorum ascendere posset: ubi tanquam in suo fonte omnium rerum causas inspiceret. Sicut enim candela madefacta vix potest accendi: sic in corde pleno carnali concupiscentia lumen doctrine vix potest suscipi. Et si forte recipitur a vento vanitatis extinguitur. Et sicut oculus corporalis clare videre non potest si fuerit lippus vel sordibus plenus: sic ad hoc quod oculus cordis spiritualis sincere diuinam sapientiam contemplet requiritur ut ab humore prauo carnalis concupiscentie depuretur. Iohannes dicit. iij. Reg. vj. Aperuit dominus oculos pueri: et vidit motem plenum currus et equibus incircuitu helysei. Perfecta namque portio sapientie non compatitur fedicitatem incontinentie. Iohannes dicit. Die. epistola. lxx. ad rusticum monachum. Amantiam litterarum et carnis vitia non amabis: non solum autem debitam dispositionem oculi interioris tollit et impedit humor carnalis concupiscentie quantum ad luxuriam: immo etiam quantum ad gulam. Ita ut ait senecca: copia ciborum subtilitas impedit. Psal. Turba

ti sunt et moti sunt sicut hebraeus: et omnis sapientia eorum deuorata est Hiero. contra iouinianum. Sapientiam operam dare non possumus si mente abundantiam cogitemus. Ita ut idem ait epistola. lvi. Non est eiusdem hominis vna gustare et prophetas vel apostolos intelligere. Et isidorus li. de summo bono. Qui nimis cibis vtuntur quantomagis ventrem pascunt tanto amplius sensum mentis obtundunt. Ita greci dixerunt. Ex crasso ventre subtilis sensum gigni non posse. Et ideo salomon dicit Eccle. ij. Cogitavi a vino abstrahere carnem meam ut animum reuocarem ad sapientiam Iohannes dicit. Dan. j. quod pueris qui a vino abstinuerant et vesci cibis regijs noluerunt dedit deus sciam et disciplinam in omni libro et sapientia. danieli autem intelligentiam omnium visionum. Et dan. x. dicit. In diebus illis: ego daniel lugebam triu hebdomadarum diebus et panem desiderabilem non comedi: et caro et vinum non introierunt in os meum. Et sequitur postea quod missus est ad eum michael ut ei reuelaret archana. Cum igitur sobrietas mens et studium sapientie sint conexas: et tanto federe societas indecens est viris scolasticis si vacent epulis et studeant calicibus epotandis. Unum quidam scolaris socio suo qui derelicto studio comestationibus intendebat ita scripsit. Tu qui disciplinam militie et libris omnia proposueras: nunc codices ad calices transtulisti: et scribere in bibere conuertisti. Et nunc predicaris egregius potator qui prius fueras no-



minatissim⁹ disputator. Plus studēs in calicib⁹ q̄ in codicib⁹. Plus vacās comestationibus q̄ lectionib⁹. Plus in salmone q̄ in salomone studēs. Nō est hec mutatio dextere excelli. P̄t̄z igitur q̄tū spectat ad informationē scholarū q̄ debita dispositio organi requirit ad visuz: et q̄liter hec dispositio debita habeat impediri per tria.

Secūda conditio ad visuz necessaria.

Secūdo ad visum requiritur presentia obiecti. Nō em̄ sufficit scolari vt a magistro audiat: sed oportet etiā libros diligēter inspiciat. Nam duo sensus deseruiūt scie acquirēde. visus scilz et auditus. Ideo dicitur Prover. x. Aurē audietem et oculū videntē dñs fecit vtrūq̄. Et iō dicit Augu. li. j. contra academicos Qui sine scriptorum notario aure decerpūt laborē studentū sicut venti puluerē tollūt. Ideo dicit Hiero. epla. xl. Utinā oīm tractatorū haberē volumina: vt tarditatē ingenij eruditōis diligētia cōpēsaret. Sunt etiā multi q̄ libros multos pulcherrimos et bene paratos habere volunt sed in eis studere nolūt. Et tales per herodē cōgrue significari possunt: q̄ interpretat gloriās in pellib⁹ caprinis. Gloriantur em̄ in pellib⁹ caprinis et vitulinis. Sz timēdū est ecōtra illd̄ qd̄ d̄r in Job. Pellē p̄ pelle: ne scz p̄ pelle caprina quam detinet iniusticia: def̄ pellis eoz inferno cremāda. Tales em̄ vt d̄r Iho. j. vers

tatem dei in iniusticia detinet: qz libros suos de quibus nihil faciūt deberēt tradere pauperibus scholaribus q̄ libēter addiscūt. Isti fructū scie non attingūt qz in libris quos propter eoz pulchritudinez clausos detinet raro vel nunq̄ studēt. Et ideo nō est mirū si in eis parū intelligāt q̄ libros et si habeāt sibi velant. Ad visuz aut vt dixi requiritur p̄ntia obiecti: et iō pōt dici q̄ legit esa. xxxix. Erīt vobis visio oīz sicut verba libri signati: quē cū dederint sciētī lras. i. ei q̄ reputat scire cū tñ nihil sciat dicēt: lege istū. Et rīdebit. i. rīdere poterit. Nō possum. Signat⁹ est em̄. De talib⁹ scholaribus ait quidā. In nugis sunt subtiles i necessarijs tardi et hebetes et ne nihil fecisse videantur cū repatriauerint de pellib⁹ vitulinis cū magnis spacijs lata cōponunt volumina: eaq̄ pellib⁹ caprinis rubeis et pulchris vestiunt et sic cum sapientī sacculo: sed cum insipienti animo ad parentes redeūt. Que est ista sciētia. s. q̄ est in libris vel sacculo predictis: quam fur surripere: mus rodere: tinea demoliri aq̄ delere: ignis cōburere pōt. Cū semel quidam de numero ratiū fatuoz rediret ad patriā cū numerositate libroz: p̄tigit casu q̄ ei⁹ sūmari⁹ libros portās in aquā cecidit: et sic totuz amisit. Quod attendēs scholaris quidam post eū peditās paup libris diues scia: q̄ qd̄ i scolis audi erat non libris sed memorie cōmendauerat hos



versus cōposuit et ei quod libros simul et scias amisses
rat ait. *Lordi nō carte tradas q̄ noueris arte. ut
si carta cadat tecū sapiētia vadat.* Et ideo dicit
castodor⁹ in eplis. *Non bibliotheca. potius com-
ptos eboze aut vstro parietes: q̄ tue mētis sedez
requiro.* In quo nō libros sed id quod libris p̄ciuz
facit libroꝝ sentētiās collocasti. Et seneca dicit.
Non refert q̄ multos libros habeas sed q̄ bo-
nos et in mente tua reconditos.

Tertia conditio necessaria ad visum.

Tertio ad visum sequit̄ proportio distātie. *Non
si visibile sup oculum ponit̄ vel nimis distat
ab oculo nō videt̄. Modo cōsimili si scholaris ab
aliq̄ scia nimis distat per odium: vel si accedat ni-
miū per amorē inordinatū: nō videt̄ eaz s̄m rectū
de ea iudiciū. Non amor et odiū p̄uertit̄ iudiciū. et
sicut dicit Sen. perit̄ iudiciū cū res trāsit in actū
Hinc p̄tingit aliq̄ q̄ multis opa p̄pria licet nō
multū valētia: vident̄ alijs operib⁹ q̄uis prestan-
tioribus meliora. Non quod fecit̄ quisquis tuet̄ opus.
Ut em̄ dicit petrus alphōsus. Naturaliter vnus
q̄sq̄ glia in suo carmine qualicūq̄ sicut et in sua
ple. Videt̄ em̄ symie q̄ ples sua ceteris antecel-
lat in pulchritudine cū extremū teneat in defor-
mitate. Cū et symia de suo filio fingit̄ dixisse. Iu-
dicio supest̄ oibus iste meo. Sic etiam ut poeta
dicit. Auctoꝝ opus laudat. Et iter. Est cupidus*

studioꝝ quisq̄ suoꝝ. Et sicut homo de suis op̄s
bus interdū male iudicat: eo quod sint ei nimis p̄-
xima p̄ amorē: sic et de alioꝝ operibus distent ab
eius affectu per odiū vel rancorem. *Non ut dicit
Grego. Non facile capit intellectus quod abhorret
affectus. Potest etiā exponi s̄m modū p̄portio
distātie q̄ requirit̄ ad visum: ut dicatur q̄ sicut
distātia tēpata ad visionē requirit̄ ut nec ex super-
flua distātia nec ex approximatione nimia visi-
bile videatur. Sic et in spūali visione requirit̄ur.
Non elongatio a deo per infidelitatez et multitudi-
nem peccatoꝝ tollit̄ noticiam diuinoꝝ. Esa. lix.
Iniquitates nr̄e diuiserūt inter nos et deū nostrū: et
p̄ctā nr̄a absconderūt faciē eius a nobis. Et aus-
gusti. dicit. Errat qui veritatē se cognoscere pu-
tat si adhuc neq̄ter viuat. Hoc idē impedit̄ p̄-
sumptio nimia diuine familiaritat̄ et p̄scrutatio
maiestatis. Prover. xxv. P̄scrutator maiesta-
tis opprimef a glia. Jo d̄z prover. xliij. P̄ruden-
tie tue pone modū ne erigas oculos tuos ad opes
q̄s h̄re nō potes qz faciēt sibi p̄nas et volabūt in
celuz. Et can. vi. dicit sp̄sus ad sp̄sas. Auerte
oculos tuos a me qz ip̄i me euolare fecerūt.*

Quarta conditio necessaria ad visum.

Quarto ad visionē requirit̄ soliditas rei visē.
Cū aer qz nō ē corp⁹ solidū nō est visionis
obiectū. In q̄ iformat̄ scolastici circa intellectuas



les visiones intenti vt studeat in scientijs solidis non in vane. Dicit em Sap. xiiij. Vanis sunt oēs hoies in quibus non subest scia dei. Scia autem dei est sacra doctrina p qua hō cognoscit deū z etiam seipz. Et dicit beatus Ber. in qdā sermone oras Deus inqt nouerim me noueri te. Breuis orō s; fidelis. Hec em vera est phia z vtiq; prozsus necessaria ad salutē. Ex priori qdem timor cōcipit z humilitas: z ex posteriori spes z charitas generant. Et aug. dicit in libro de trinitate. Sciam celestiu terrestriuq; rerū magni estimare solet gen⁹ humanū. In quo pfecto meliores sūt q huic scie pponunt nosse semetipos. Laudabilior quippe est animus cui nota est infirmitas sua: q̄ qui ea nō respecta vias siderū pscrutat etiā cogniturus aut q̄ iā cognitas tenet: ignorās ipse q̄ ingrediat semita ad salutē. Et seneca dicit in libro de liberalibus artibus. Fatuū est studere dimensionibus terrarū z seipm nescire metiri. Stultūq; est vacare cōcordie musicorū z nō habere concordia cum pximo vel etiā cū seipō. Ber. sup cātica sermone xxxvj. Utilitas scie in mō sciēdi cōsistit: vt scias quo ordine: quo studio: q̄ fine queq; nosse oporteat. Quo ordine vt id prius qd maturius ad salutem. Quo studio vt id ardetius qd vehemētius ad amorē. Quo fine vt nō ad inanem glām aut curiositatē aut al. qd sile: sed tm ad edificationē

tui vel pximi. Sacra scriptura est tanq; spiritus dei apotheca in q̄ inuenitur efficax cōtra oē vulnus vnguetū salubre: contra morbū antidotū salutiferū: ptra dolorē remediū. Et sicut dicit Cri. In sacra scriptura iuenit igno rās qd discat cōtumax qd timeat: laborans p̄mia: pusillanims solacia. Ecce quāta est in sacra scriptura soliditas z q̄ elongata est ab ea vanitas: Et iō sapiēs inuitās nos ad studiū diuine sapie dicit Pro. xxij. Ecce descripsi eam tripliciter in cogitationibus z scia: vt ostenderē tibi firmitatē z eloq̄a veritatis. Et iō ad hāc tāq; ad obiectū firmūz solidū debemus dirigere rōnis oculū. Vñ dz. ij. pe. ij. Habemus firmiorē ppheticū sermonē cui bñfacitis in tēdētes. Ergo iuxta psalmū Die. ad paulinū eplā xxxv. discamus in terris qz scia pseueret in celis. Sed multi sūt q̄ sacra doctrinā a deo solidā reputāt inanē z vacuā dicētes illud nu. xj. Nihil aliud respiciūt oculi nri nisi man: qd interpretat qd ē hoc. Et nu. xxxj. Bīa nra iā nauseat sup cibo isto leuissimo. Sed istoz visus decipitur. Hā in sacra scriptura vitas solidissima cōtinet. Dicit em. ij. pe. ij. Nō em volūate hūana allata est aliqñ pphia s; spū sc̄to inspirati locuti sunt sc̄ti dei hoies pro. xij. Labiū veritatis firmū erit in perpetuum. In secularibus vō sciētis est vanitas multiplicis erroris. Iō dicit Jere. x. Hec dicit dñs Juxta vias



gentium nolite discere qz leges pploꝝ vane sunt. Et ad thꝝ. iij. Stultas aut̄ z inanes q̄stiones de vita. Sunt em̄ inutiles z vane. **M**arrañ Bene. xj. q̄lter duꝝ turris babel p̄sumptuose erigeret̄ in celum: p̄sumptuosus est sublatũ vn̄tatis lingue cõm̄ertium: z sc̄tã diuisione linguaz subsecuta est sectio pploꝝ. Sic z phī dum in genij sui machinas erexerũt in altũ celestia z diuina curiose rimãtes: z de suis viribus p̄sumentes: subtracta est eis vera incõmutabilis: z indeficiẽtis vn̄tas veritatis. Et ignorãtie nebulis obuoluti z in reprobũ sensum dati in sectas erroꝝ varias sunt dispersi. z dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. **R**o. j. Et iõ in dictis eoz interdũ paz est soliditatis z multum vanitatis. **E**cclẽ. vij. Verba sunt pluria m̄ tamqz in disputãdo vanitatẽ habẽtia. Et **J**ere. ij. Ambulauerũt post vanitatẽ z vani facti sunt. Et de ip̄is dici potest illud **E**sa. lvij. Speculatores eius ceci oẽs vidẽtes vana. Et tandẽ cũ hoc p̄cipiũt dicunt vel dicere possunt illud **T**ren. iij. Defecerũt oculi nr̄i ad auxiliũ nr̄m vanum. Et illud psal. Oculi mei languerũt p̄ inopia: qz in talibus sciẽtijs nõ inuenit̄ resectio sp̄ualis. **U**n̄ hie. ad damasum epla. xij. loq̄ns de filiõs quibus filius pdigus nõ poterat satiari dicit. In his nulla saturitas veritatis nulla iusticie resectio reperitur. Studiosi eoz in fame veri z virtutum penu

ria pseuerãt. Et ideo dicit̄ in psal. **B**tũs vir cuius est nomẽ dñi spes ei: z nõ respexit in va. et infa. fal. **I**ste em̄ sunt scie que faciũt insanire. **S**icut dictum est paulo actu. xxvj. **I**nsanis paulẽ. **M**ulte lre te faciũt insanire. **I**deo scientijs sc̄larib⁹ nõ debet hõ nimis esse int̄t̄us. **U**n̄ hiero. ad eusto. epla. lxxxij. refert de seip̄o q̄ ideo q̄ circa libros ciceronis erat nimĩũ studiosus: ãte tribunal eterni iudicis ē deduct⁹ z ibi atrocissime xberat⁹. **M**arrañ in vita sc̄cti **H**ugonis clunia cen. q̄ semel cũ dormiret: vidit p̄ somniũ sub capite suo cubare multitudinẽ serpentũ z ferarũ. **Q**ui euigilãs z exquirẽs inuenit librũ mazonis sub cervicali repositũ: obscenitatib⁹ plenũ z ritibus gẽtiliũ. quẽ postq̄ abiecit in pace quieuit. **E**t iõ debet scholaris orare. **A**uerte oculos meos ne videãt vanitatẽ. s. scientiã seculariũ. in via tua viuifica me. **H**ec via est sacra scriptura siue lex diuina. de q̄ psal. **U**niã m̄datoꝝ tuoz curri. **H**ec ē via q̄ ducit ad celũ. **S**ap. vj. **L**õcupiscentia sapie deducit ad regnũ ppetuũ. **H**uic ergo diuine sapiẽtie debet vnusquisqz scolastic⁹ p̄ studiũ adherere: z quicq̄d de secularib⁹ scientijs nouit: in hui⁹ seruiçiũ dedicare. **U**n̄ **H**iero. exponẽs qd̄ legit̄ **D**eu. xxj. in epla. xij. ad **D**amasum ita dicit. **S**ecularis sapiẽtie typus in deuteronomio sub mulieris figura describit̄: de q̄

diuina vox precipit. vt si israelites eā habere vo-
luerit vxorē: caluiciū ei faciat: vngues refecet &
pilos auferat. & cū mūda fuerit effecta: tūc tran-
seat in mariti amplex⁹. Nec si fm litterā intelli-
gamus: nōne ridicula sūt. Itaq; & nos hoc face-
re solem⁹ qñ phos legim⁹: qñ in manus n̄ras li-
brī veniūt sapiētie secularis si qd in eis vtile re-
perim⁹: ad nostrū dogma cōuertim⁹. Si qd v̄o
supfluū de idolis de amore: de curis seculariuz
rez hic vidim⁹: his caluiciū indicim⁹: hoc vn-
guiū more ferro acutissimo refecamus. Et idō
nō absurdū nec incōueniēs alicui videat⁹: si v̄ba
phie vel ciuilis scientie in doctrina xp̄i maxime
cū ratio hoc postulauerit admittātur. Nec debz
aliqs calūniose querere de q̄ facultate sumātur:
dūmodo edificēt ad salutē. Sicut nec de herbis
querit q̄ terra eas pcreauerit: aut q̄s hortulan⁹
eas excoluerit: dūmodo virtutē habeāt salutarē
Et ideo interdū causa eruditōis cōis aliqua de
gentiliū libris recipi p̄nit in diuinis eloquijs. nā
et paulus ap̄ls cū quosdam vellet redarguere:
vlus est versibus eumenidis poete ad **L**hi. j.

Quinta conditio.

Quinto ad visionē requirit attentio visive
potētie. Cū em̄ species multoz visibiliū af-
ficient aerē mediū: & circūstent oculū & visibiles
speciē: tū aliquā de oib⁹ illis visibilib⁹ corā ocu-

lis positus visus vnicū apprehēdit: illud videlz
ad qd aia intēta intendit. Sicut cū canis vena-
ticus ardore vni⁹ cerui p attentionē potētie ve-
hemēter fuerit alligat⁹: sic illū ceruū insequit: vt
alios occurrētes vel casualitē emergētes: nō vi-
dere: nō sentire videat. De hac attētionē vidēdi
de esa. xlviii. Utinā attēdisse mandata mea: et
ad ea hortat⁹ dñs Deu. xj. Ponite v̄ba mea hec
in cordib⁹ v̄ris: & inter oculos v̄ros collocate.
S; multi sunt scholares similes marmosetis: q̄
magistro legēti assistūt: nec scholas exeūt: tñ q̄
cor & attētionē ad doctrinā magistri nequaq; ap-
ponūt: ideo lz in scholis diu fuerint: nihil profi-
ciūt. Tūc em̄ scholarī studiū pficit: cuz his q̄ le-
git vel audit diligēter intēdit: & cū ea q̄ legerit vl
audierit int⁹ in cordis scrinio examinat & reuol-
uit. Alii legere & nō intelligere. i. non int⁹ legere
negligere est. Ideo dicit Berni. ad fr̄es de mōte
dei. De q̄tidiana lectiōe aliqd in v̄tre memorie
reponendū est: qd fidelius digerat⁹, seorsumq; re-
uocatū crebrius ruminet. Et Seneca dicit. Cū
multa pcurreris in die: vnū tibi elige quod illa
die exequas. Et idem Seneca. Qui scripta sua
torquet: de singlis v̄bis in cōsilijs veniūt: neces-
se est vt qui toties ad intellectum reuocant: me-
moriter affigātur. Quoz em̄ velox est stil⁹ eozū
labilis est memoria. Sed multi sūt scholares

Quinta conditio.

desides: qui studio mentem nolunt apponere: ut multiplicē laborē studij valeant euitare. **M**ax ut ait Sene. desidioso studere torquere est. Et dū amat piger clericus sine labore viuere: querit solatium imperitię sue. Dicit em̄ cū audit q̄ alij ardentē studēt. Ad q̄d labori studij me subijcere: ad quid sapiētie studerē. nō em̄ oēs peribunt qui sapientes non sunt. **P**reterea satis sunt sapientes in mūdo: non est opus ut ego me fatigem et cruciez in discendo. **P**reterea pueritiā exui et appropinquo senectuti: nec iam possem ad magnū fructū sciētie puenire: si modo inciperē laborare. sic secū piger tractat: et in sua desidia simul et ignorātia pseuerat: nec percipit q̄ antiquus hostis ad interituz eius sibi talia suggeret: quatin⁹ in tota vita sua nulli utilitati inttendat: sed in torpore et negligētia simul et impitia semp viuat: ut tandem pereat. Dicit em̄ **M**ozit doct⁹ sili et indoct⁹. In fine mortis penitēs: et ita saluabor ut sciēs. De talibus ait q̄dam poeta. Sūt quidā q̄ scire volunt, sed non operari: nec studiū penāq̄ pati. **M**odus iste cattin⁹: q̄ scz cat⁹ vult piscē: s; nō piscari: nō loquor illis: quos causa scire iuuat q̄ pena sciendi. **H**abui ego quēdā sociū q̄ poterat tota nocte de ociosis et friuolis fabulādo vigilare. Qui tñ put mihi p̄fessus ē sepe studiū habuit sic exosus ut si cōtingeret q̄ alis dormire nō posset: aperto

Quinta conditio.

lxvij

libro et plectis in eo quattuor vel quinque lineis protin⁹ obdormiret. **I**ste plane p̄tra vixerat ei: de quo refert. **C**assianus li. v. de institutis monachorum. **C**uz inquit egypti puiciā petissemus: vidimus quendā senē noie mathetē: hanc a dño gratiam diuturnis precibus impetrasse: ut quotquot diebus ac noctibus ageretur colloquio spūali nō dormiret. si quis vero detractionis v̄bū tētare inferre: in somnū protin⁹ incidebat. ac sic nec vsq̄ ad auris quidē etus pollutionē virus eloqui poterat puenire. **N**ō em̄ sic legunt fuisse desides ad studium olim phi: qui pot⁹ tanq̄ indefessi sapientie milites circa phicū gymnasium miro modo fuerūt intenti. **M**arrat **V**alerius maxim⁹. li. viij. dictoz: et factoz memorabiliū: q̄ marcellus captis syracusanis: machinatiōib⁹ archimedis phi multū ac diu victoriā suā senserat retardatā. **E**ximia tñ phi prudentia delectatus: ut capiti illius parceretur edixit: pene tñ glie in archimede reseruato quantū in syraculis oppressis reponēs. **I**ste phs dū aīo et oculis in terra defixis formas describit: militi q̄ predandi gratia domuz irreuerat: stricoq̄ super caput eius gladio quinnā esset interrogabat: pp̄t nimā cupiditatem inuestigādi q̄d querebat: nomē suū indicare nō potuit: sed protracto manibus puluere: nolī me inquit obsecro disturbare: ex quo em̄ quasi negligens et con-

i iij



tēptor lictorꝝ gladio capite trūcatꝝ: sāguie suo ar
tis sue liniamēta cōfudit: ꝛ sic accidit vt pp̄ idē
studiū mō donaret vita: mō idustria spollaret: ea
dē q̄ idustria sibi dedit vitā ꝛ abstulit Narrat etiā
Hie. li. ꝛtra iouinianū Cū aristenes ph̄s nullū di
scipulū recipet ꝛ pseueratē diogenē remouere nō
possz nouissime claua minatꝝ ē nisi abiret Cui ille
caput dꝛ subiecisse atqꝝ dixisse: Nullꝝ taz durꝝ ba
culꝝ poterit esse: q̄ me a tuo possit obseqꝝo separe.
Bñ iste vba magistri intenta cupiebat aure pci
pere: quē ab eo n̄ valuit claua separe. Narrat etiā
Symachus in eplis: qꝝ anaxagorā ph̄m grauis
de filio nūcius a disputationibus nō retraxit. He
fert etiā. Valerius qꝝ salomon ph̄s q̄ somno sapi
entie feruore sp̄ flagrauerat. sup̄remo die ceteris
ph̄is amicis suis ip̄i morituro cōfestim assistenti
bus: ꝛ de quadā q̄stione inter se cōferētibus: iam
fere mersū facie caput erexit. Interrogatusqꝝ cur
hoc fecisset: respōdit Ut cū illud de q̄ disputatis
pcepero: iocūdius migrem a seculo. Erubescāt
igit̄ scolares desides cū audiunt etiā morientem
ab attentioe studij nō cessantē. Legit̄ etiā in chro
nicis: qꝝ virgilius poetarū eximius interrogatus
quō versus suos cōponeret: r̄ndit Queris de cō
ponēdi mō. Ego inq̄t cōpono versus meos mō
vr̄sino. Itā sicut vrsa fetū quē pariendo ineffigiatū
ꝛ informē ediderit: postmodū lambēdo effigis

at atqꝝ format. Sic versus mei q̄ sunt q̄si partus
mei cū primo p̄deunt in esse: rudi et imperfecta sūt
facie: sed post modū tractādo eos ꝛ v̄sando: ꝛ sū
mam circa eos diligētā adhibēdo eos bene for
mados reddo. Et ideo sicut ait quidaz ph̄s: ar
tiū mater est instantia: nouerca eruditionis negli
gentia. Describens quidam vitā scholaris studio
si dixit: qꝝ potus eius est e fonte: pastus in pane:
fletus e prece: cōuinctus in pace: somnus in co
dice. Sed hodie scholarium plures inuentuntur
desides ꝛ pauci feruētes. Quesiuit a me semel q̄
dā laicꝝ mihi familiaris ꝛ norꝝ i q̄ facultate eēt
plures scolares studentes parisius. Et r̄ndi qꝝ in
artibus siue logica. Et ipse: Immo in musica:
qꝝ plures musant q̄ studeāt. Diligētā ꝛ attētiō
nē scholaris i studio describit architremius elegā
ti metro loquens ita de nocturno studio scholaris
Languidus in somnis ꝛ ocello: ꝛ pectore noctes.
Extrahit alterutro vigiles oculosqꝝ lucerne. Per
uigil ꝛ lippis ꝛ lippū torq̄t ocellū Imp̄mit ergo li
bris oculi mētisqꝝ lucernā. Et libro ꝛ cubito: de
xtreꝝ innixus ꝛ auri Quid noua qd̄ vetera pepit
cautela reuoluit. Hūc oculo nūc mēte bibēs: nūc
haurit vtroqꝝ Illo plus: illaqꝝ minus nūc lecta
camino. Decoq̄t ingenij: memoriꝝ i pectore no
do. Pressius astringit nūc qd̄ nodosius optant.
Ingeniūqꝝ tenet ne tollat in altius alas. Instanti



Sexta conditio.

rodit studio conamine toto. Pectoris exterius:
 pniscq; ignescit ocellus. Immergitq; caput gre-
 mio logūq; voluptat. Precipites resicare vias
 cursusq; negates. Oppositos fregisse fores: o-
 cūq; reducit. Seplus ad librū digitq; z mentis
 acumen. Post hoc de sopore scholaris studio fa-
 tigati verius subiūgit hmōt. Nulla qes somnus
 nec em cessura deti. Cura sopozat: s; in illa pace
 sopozis. Pacis eget studij labor insopitus z ipō
 Cura vigil somno libros operāq; ministrat. Ex-
 cutit somnus aie nec pma sopoz Anxietas cedit
 sed q vigilauerat ante. Sollicitudo redit quod
 non sperauerat ante: Segnior intuitus vigilantis
 multa magistro. Hox aperit somno cū strati cor-
 poris extra. Sarcina dormitet: vigilat in pecto-
 re sensus. Tandē attētionē scholaris in p̄sentia do-
 ctoris d̄scribit Architremius versibus istis. Su-
 scitat ingenij flāmas conamina mētis. Contra-
 hit exacuit aiam totoq; coacti. Pectoris incū-
 bit oculis riguatq; magistrū. Aure z mēte bibit
 z vba cadētia pronus. Promptus vtroq; leuat
 oculiq; z mentis in illo. Fixa vigilq; manet: ac-
 es aurisq; maritat. Pronuba dilectam cupida
 cum mente mīnerua m.

¶ Sexta conditio.

Sexto ad visionē requiritur mora t̄pis. Hā vt
 pbat Ptolomeus. ij. li. de aspecti. Lz visi,

Sexta cōditio.

lxix

bile subito vsui ostendat: non tñ distincte cogno-
 scitur nisi prius aliq̄ deliberatio habeatur: q̄ mo-
 ra indiget z tpe mensurat. In quo scholaris instruit
 q̄ lectioni d̄z insistere nō eā subito pertransire: vt
 possit ad veritatis noticiā puenire. Quā dicit Ber.
 ad frēs d̄ monte dei. Tantū distat studiū a lectio-
 ne q̄ntū amicitia ab hospitio: essentialis affectio
 a fortuita saluatione. Et Bre. in. v. li. moralium
 Veritatis intelligētia cū querit assiduitate pene-
 trat. Legit Bene. xxxij. q̄ patriarcha iacob in iti-
 nere cōstitutus cū angelo vsq; ad ascensum auro-
 re luctamen exercuit: in q̄ lucta neruus femoris
 eius emarcuit: z ab hac lucta nō aī cessauit quo
 usq; benedictionē angelicā reportauit Exemplo
 eius z nos in via peregrinatiōis nostre scripturā
 tanq; angelū nunciū volūtatis diuine debemus
 apprehēdere: z cū ea luctari vsq; a d̄ ortū aurore.
 i. donec noticia veritatis luceat z oriat in mēte
 Eccl. li. Colluctata est cū sapiētia aia mea. Ex
 quo certamine marcescit neruus femoris: quia
 ex studio sapiētie debilitatur in homine concupi-
 scentia carnis Hiero. Ama scientiam litterarū
 z carnis vitia nō amabis. Et ex hoc etiā q̄ scho-
 laris intellectu z affectu q̄si duobus brachijs cū
 sapientia luctatur: q̄nq; pro benedictione glorifi-
 cationem obtinet Proverb. iij. Posside sapien-
 tiā: accipe illā z exaltabit te: glorificaberis ab ea



Sexta conditio.

cū eā fueris amplexat'. Ut em̄ dicit Bre. i moza
libus: Idcirco nōnunq̄ studiosus tarditate intel-
ligentie puni: vt eo maiora premia retributiōis
inueniat: quo magis in studio inuētionis elabo-
rat. De hac etiaz spūali lucta dicit poeta. Mens
quōq̄ studens tanq̄ pugil anxia pugnat. Perstet
adhuc instās poterit moza qd̄ neq̄t hora. In hoc
igif q̄ ad visionē corporalē t̄p̄is hora req̄ritur:
ad lectionis instantiā informamur. In hoc etiaz
instruimur: vt om̄i t̄pe sapientie studiū amplecta-
mur. Ait em̄ Hiero. in epla. xxv. Ad addiscēduz
nulla mihi etas sera videri potest: qz etsi senē ma-
gis decet docere q̄ discere: magis tamen discere
q̄ quod doceat ignorare. Et Aug. ad volusianū
Tanta est xp̄ianoz profunditas litteraz: vt sem-
per in eis p̄ficere si eas ab ineunte puericia vsq̄
ad etatem decrepitā maximo octo summoq̄ stu-
dio meliori ingenio conarer addiscere. Et ideo
sapiēs de sapiētia loquēs signāter ait Sap. viij.
Hāc amauī et exq̄siui a iuuentute mea: et quesui
eam michi sponsam assumere. Debet em̄ homo
sapientiā tanq̄ sponsam: non vt cōcubinaz assu-
mere: vt videlicet ei indissolubili copulet̄ federe:
non vt ei ad tēpus adhereat: et post hec ab ip̄a di-
scedat. Sic legunt quōdam legisse ph̄i viri siquis-
dem in multis memoria digni. Unde dicit Cla-
lerius maximus li. viij. Plato octogesimoprio

Septima conditio.

lxx

anno decedēs sub capite multos libros sophros-
nis legisse habuisse. Sic nec extrema ei' quidē ho-
ra meditatione studij vacua remansit. Sed idez
illi viuendi ac philosophādi finis fuit. In q̄ etiā
ostēdit alijs tēpora deesse: alios vero t̄p̄ibus sup-
esse. Et quintilian' in libro de oratorijs instructi-
onibus dicit. Amor scientie et vius lectionis nō
scolaris t̄p̄ibus: sed vite spacio terminetur.

Septima conditio.

Septimo et ultimo ad visionē requirit̄ diffu-
sio exterioris luminis mediū illustrātis. Nihil
em̄ videt̄ in tenebris. Unde pbat̄ in li. j. Per-
spectiue sciētie: q̄ nihil videtur nisi p̄ lucē orien-
tes sup rez visam: ab eadē vsq̄ ad oculū multipli-
catā. Sic ad hoc q̄ n̄r oculus intellectualis veri-
tatē aliquā apprehēdat: necesse ē vt sup eū solis
iusticie splēdor effulgeat. Deus em̄ est lux vera: q̄
illuminat om̄ez hoīem veniētem in hūc mūdum.
Joh. j. Et sicut sine corporali lumine nō fit visio
corporalis: sic absq̄ isto diuino lumine nō fit vi-
sio intellectual. De' em̄ est qui docet om̄em hoī-
mīnē sciaz: vt dicit̄ in Psal. Et Aug. Cathedrā
in celis habet q̄ corda docet. Sol' em̄ de' docet
hoīez effectiue: hō nō docet aliū excitatiue. Qd̄
i libro d̄ magistro pbat̄ Aug. triplici signo. Pri-
mo qz sine hoīe doctore bene potest hō ad scienti-
am peruenire: ergo oportet eum alium doctorez



habere: et ille est deus qui docet iterius. **Psal.** Audiam quid loquatur in me dominus deus. **Secundo** quia aliquis homo discendo quod non intelligit alium instruit. quod non posset esse si doctor haberet sciam causare. quia nullus potest quod non habet dare. **Tertio** quod postquam doctor fecit quicquid potest: non statim discipulus scientes efficit: imo postea cogitando et quasi consulendo lumen rationis intrinsecum in eo scientia generat. **Ideo** dicit Hieronymus ad paulinum epistola xxxiiij. Nisi aperta fuerint universa que scripta sunt ab eo qui habet clavem david: qui aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit nullo reserante pandente. **Et** beatus Bernardus in quadam epistola. **Falleris** fili falleris: si te putas invenire apud mundi magistros sciam: quam ibi christi discipuli dei munere assequuntur. **homo** enim hanc docet lectio sed unctio. **Frustra** igitur sibi blandis aliquis de memorie tenacitate de studij assiduitate: de lingue volubilitate: cum solus dei qui scientiarum dominus est: sit docere. **Ab ipso** igitur est scientia orationibus postulanda. **Jac. i.** Si quis indiget scientia vel sapientia postulet a deo. **Et Aug.** Oratone melius solvuntur dubia quam inquisitione alta. **Et beatus Bernardus** ad fratres de morte dei. **Hauriendus** est de serie lectionis affectus: et formanda oratio que locutionem interrumpat nec tamen impediat. **et Sap. vij.** Optavi et datus est michi sensus. **Invocaui** et venit michi spiritus sapientie.

Et ideo legitur quod beatus Bernardus quando studere volebat apto ore orationem premittebat dicens. **Declinate a me** maligni et scrutabor mandata dei mei. **Deus** meus illumina tenebras meas. **Studium** enim sapientie salutaris maxime displicet spiritibus malignis. **Et** sicut dicit Hugo de sancto vic. li. vi. de sacramentis. **Triplex** est in nobis oculus. id est oculus contemplationis: oculus rationis: et oculus carnis. **Propter** peccatum autem primi hominis oculus contemplationis in nobis est extinctus. oculus rationis factus est lippus: sed oculus carnis remansit clarus. **Cum** igitur homo considerat et attendit cecitatem et obscuritatem sue intelligentie: et percipit quod nihil sciri potest sine divini luminis illustratione: quod ei restat nisi oratio dicere. **Deus** meus illumina tenebras meas. **De instructione prelatorum ex septem proprietatibus oculorum. Capitulum. xij.**



Oculus corporis in loco eminentiori locatur: et per toto corpore speculatur ea que sunt ab eo distantia: non sibi adherentia contemplatur. **Senescere** corpore deficit et debilitatur: ceteris membris dolentibus compatitur lachrymas. **Pilos** huius in palpebris: quorum quantitas non auget. **Magna** in eo reputatur macula: que in ceteris membris modica censeretur. **Primo** igitur oculus in corpore locum obtinet pre ceteris eminentem: et hoc propter maiorem in-



Prima proprietas.

ser cetera membra dignitate In qua natura docete instruunt ecclesie oculi spirituales videlicet prelati: qui loco oculorum sunt ecclesie dati: ut sicut precellunt alios statum dignitate: sic et vite supereminant scititate. nam ut dicit Gregorius. Moribus debet esse conspicuus qui ceteris premititur vel preponitur imitandus. Et Bernardus ad Eugenium. Audi canticum minus suaue: sed salubre. Monstruosa res est gradus summus: et animus infimus: sedes prima: et vita ima: lingua magniloqua: et manus ociosa: sermo multus: et nullus fructus. Et ideo constantinus imperator matri sue helene: que sibi aliquid iniquum mandauerat: sic legit rescriptisse. Quanto excellentiore vel excellentiore locum tenemus inter homines: tanto omnium patemur spectibus. Omnium itaque mortalium oculi omnium iudicia omniumque vota: nostrum velle: nostrum nolle considerant. et ideo non solum irreprehensibile: sed etiam laudabile debet esse quod volumus. Lapis magnus de monte corruens multos subiectos lapides secum trahit. Sic et cum prelatus peccat: exemplo suo multos in baratrum inferni demergit. Gregorius. Cum pastor per abrupta vitiorum gradit: necesse est ut ad precipitium grex trahatur. Quia etiam prelati in alto sunt positi: possunt et debent non immerito casum vereri. Unde Bernardus in quadam epistola quam scripsit eugenio nouiter in papam creato: sic dicit. Factus est de filio meo pater meus eugenius: magna proxius mutatio. Qui post me

Prima proprietas. lxxij

venit ante me factus est. Fateor non inuideo. Quod considero namque gradum et vereor casum. Salligium dignitatis considero: et e vicino periculum reformido: pro eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset non intellexit: ac si diceretur: honor absorbit intellectum. Debet etiam prelatus attendere: quod quanto gradus altior: tanto casus grauior. Unde legitur. iiii. Regum. i. Cecidit ochosias per cancellos cenaculi quod fecerat in samaria et mortuus fuit. non tamen ex casu in tantum lesus fuisset si tam alte non ascendisset. Resonare debet sepius in aure vel in auribus prelati illud verbum. Donati prepositioni quot accidunt. Unus. Quid? Casus tantum. Quot casus? Duo. Qui? Accusatiuus et ablatiuus. Hoc enim debet prelatus timere accusari de crimine: et auferri de regimine: et sic ignominiose cadere. Oculus in alto positus inferiora modica esse iudicat: et si inferius respiciat timendum est homini ne per hoc euanescat et cadat. Sic et prelato timendum est valde: ne dum ab alto subiectos considerat: per superbiam euanescat: et sic spiritualiter cadat. Ideo dicitur Ecclesiasticus. xxxij. Rectorem te posuerunt: noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis. Unde et de rege nouiter sublimato dicitur Deuteronomio. xviii. Non eleuetur cor eius in superbia super fratres suos. Ex hoc etiam quod in humano corpore oculus est ori suprapositus: et ore



etiā vnico existente: oculus est gemin⁹ vel gemi-
nat⁹: spūaliter informā p̄latus: vt principali⁹ z
ampli⁹ intēdat circūsp̄ctioni q̄ locutiōi. Vñ z
ep̄s interptat sup̄intendēs. Sicut etiā oris vni-
tas z manuū dualitas ip̄m monet vt ampli⁹ in-
tēdat operi q̄ sermoni. nā principē z p̄latū de-
cet esse pauciloquū z multificū. Et ideo Job q̄
dicit Sedebā q̄si rex circūdante me exercitu: di-
cit Stillabat sup̄ eos eloquiū meum. Job. xxix.
Sed multi sunt plati q̄ magis p̄nt dicere: Lūq̄
federē in medio circūstante me sociorū collegio
inūdabat sup̄ eos multiloquiū meū. Sed atten-
dant q̄ in multiloq̄o nō deerit peccatū: z q̄ pla-
ti qui pauca z prudēter loquit̄ p̄mo p̄ciosus ha-
bet̄. Vñ et Job dicit ibidē: Verbis meis nihil
addere audebāt: z sup̄ illos stillabat eloquiū me-
um. Vñ et Aristo. in li. de secretis secretorū quez
scripsit ad alexandrū ita dicit. Speciosus et ho-
norificū est in rege abstinere a multiloq̄o: nisi ne-
cessitas id exposcat. Meli⁹ est em̄ q̄ aures ho-
minū sint semp̄ sitibūde ad ei⁹ eloquium q̄ suis
affatib⁹ saturētur: qz animi saturitas fastiditur.
Si igit̄ pauciloquiū decet regem: quāto magis
aiar̄ rectorē. Et iō socrates p̄s cū quidam ab
eo q̄reret quomō q̄s famā optimā cōparet: res-
pōdit. Si fecerit optima z locut⁹ fuerit pauca.

¶ Secunda proprietas.

Secūdo oculus speculat̄ p̄ toto corpore: sic
z p̄latus in ecclesia h̄z speculatoris officiu⁹
exercere. Ezech. xxxliij. Fili hoīs speculatorē de-
di te domui isrl̄. Speculatoris aut̄ est vigilare: ne
forte si somno corporis obdormiat: hostilis gla-
dius incautos feriat. Sed audiāt nostri vigilēs
qd̄ de eis dicat Bern̄. sup̄ Lanti. ser. lxxxviij. sup̄
illud Inuenerūt me vigilēs q̄ custodiebāt ciuita-
tē. Parū est inquit nostris vigilibus q̄ nō seruāt
nos nisi z perdāt. Alto q̄ppe demersi obliuionis
sono ad nullū dñice cōmīatōis tōitruū exp̄giscūt
vt v̄ suū piculū expauescāt. Inde ē vt nō parcāt
suis q̄ nō parcūt sibi p̄mētes parit̄ z pereuntes:
Quē dabis m̄hi d̄ numero p̄positoꝝ: q̄ nō plus
inuigilet subditoꝝ vacuādīs marsupijs q̄ extir-
pādīs vitijs. O vtinā tam vigilēs reperirent̄ ad
curā q̄ alacres currūt ad cathedrā. Vigilarent
vtiq̄ nec sinerent de se dici Amici mei z proximi
mei aduersū me appropinquerūt z steterūt. Vti
nam speculatores nostri eēt adeo solliciti vt sūt
grues. Ut em̄ dicit p̄hus z Hugo in libro de ius-
dicibus: Grues q̄ eligunt̄ ad hoc vt alijs vigilēt
i pede a terra suspensio lapillū tenēt: vt si forte ali-
qua dormiat illarū: lapsus a pede lapillus cadat
z tūc euigilās clamat. P̄latus igit̄ qui ad cus-
todiam sui z altoꝝ vigilat: lapillū in pede. i. chri-
stum in mente portat. Lapis enim christus: pes

k j



mentis affectus. Illud autem summopere caueat ne lapillus a pede: id est christus a mente recedat. Si autem ceciderit: per confessionem clamet ut dormientes excitet. id est plebem sibi commissam tam pro se quam pro eorum excessibus ad vigilantiam circumspectionis inuitet. Ideo dicitur puer. vi. Fili si sponderis pro amico: discurre: festina: suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitet palpebre tue. Sed dicitur esa. lvi. Speculatores eius ceci omnes. Sunt enim ut hely cecutiens in ocio residentes: et de exercitu domini rumores tantum sciscitantes volentes experiri laborem exercitus: nec militare cum militantibus. Sunt etiam velut alter iacob cecutiens qui cancellatis manibus dexteram super effraim ponit: quia principales intentiones et opas terrenis insigunt: qui per effraim qui interpretatur frugifer designant. Super manassen homo qui interpretatur obliuio: et ideo significat celestia: que sunt a multis obliuioni tradita: si sinistra manu collocant quia secundarias intentiones et operas: eternis et celestibus applicant. Operamur enim principaliter manu dextra: sed raro et secundario cum sinistra. Patet etiam quod sunt ceci. Sunt enim velut alter lamech: qui dum feram sagittare putauit: hominem interfecit. Sic et ipsi plerumque cum creduntur alicuius persequi culpam: reuera persequuntur personam. Iste lamech secundum veritatem he

braicam legitur primus oculorum caliginem incurrisse: et bigamiam primitus induxisse. Et ex prelatorum cecitate certum est spirituales bigamiam in ecclesia originem habuisse. Legit enim. ij. Reg. v. quod sebuzei dixerunt ad dauid. Non egredieris huc nisi abstuleris cecos et claudos dicentes: non egredietur dauid huc. Et sequitur. Cecus et claudus non intrabunt in templum. Ceci sunt quorum oculus intellectus excecatus est per ignorantiam: et oculus affectus per malitiam. Claudus vero dicitur qui obtentis duobus beneficiis in duabus ecclesiis: cum simul in ambabus non valeat residere: in star claudi inaequales habentis tibias videtur spiritualiter claudicare. Cecus etiam qui vtrumque beneficium videre non potest. Iste vero dicitur in muris hierusalem poni: et prohibere dauid ne valeant templum ingredi: quia tales consueverunt hodie in prelacionibus statui et impedire ne boni aliquid possit in ecclesia promoueri. Iste igitur cum sint ceci: non vere possunt dicere illud Job. xxix. Oculus fui ceco et pes claudis Sed dicit Bernardus. Non struosa res est speculator cecus: doctor inscius: precomutus. Plane potest eorum cecitas apparere cum videamus eos in vita morum interdum plus quam laicos cespitare. Et ideo qui deberent alios ut oculi dirigere: faciunt eos a recto tramite deuiare. Ceci autem ideo dicuntur: quia etsi oculos habeant: eis tamen ad suum regimen



nō vtunt. Habēt em̄ plerūq; sciam: sed fm̄ eā nō dirigunt viā suā. Et in hoc assimilant pavoni: q̄ in cauda multos oculos habet: sed illis oculis nihil videt. Et ideo sepe cōtingit q̄ prelati et multi p̄ sciaz oclati: diuinā dulcedinē nō gustāt. Quibus potest dici qd̄ dixit heliseus cuidā. iij. The. vi. Videbis oculis tuis et inde nō comedes. Illi terati et simplices oculos scie nō habētes: plerūq; diuine cōlolationis dulcedinē expiunt et gustant. Et isti p̄nt p̄ isaac designari: cuius oculi caligauerant et videre nō poterat: qm̄ oblatū a filio pulmentū edebat: vt dicitur Gen. xxvij. Et habetur in scientia perspectiua: idcirco duos oculos ingeniauit natura: vt vno clauso vel etiā impedito: spūs visibilis ad alterū se transferēs virtuosis opetur in illo. Tūc em̄ in actu vidēdi pupilla oculi cōfortat qz virtus visiuā in ea habundanti⁹ adunat. Hoc videm⁹ in sagittarijs: qui vnū oculuz cōsueuerūt claudere: vt possint directi⁹ sagittare. Sic cū deū videam⁹ in p̄senti: oculo duplici. s. ratiōis et fidei: interdū cū oculus rōnis clauditur: oculus fidei deū clari⁹ et certi⁹ cōtēplatur. Cū cōtingit aliqui q̄ vna simplex vetula aliquē articulū fidei firmissime fide tenebit: circa quem aliq̄s lrat⁹ dū rōni innitit, hesitabit. Legit Gen. xlvij. q̄ oculi israel caligauerant p̄ nimia senectute et videre nō poterat. Israel interpretat vidēs

deum: et significat lratos: q̄ deū in scripturis ispi ciunt: et tñ quo ad opabilia ceci fiunt. Ecōtra legitur de moyse Deut. xxxiiij. q̄ caligauit oculus eius. Per moysen q̄ interpretat sumpt⁹ ab aq̄s significant simplices et illrati: q̄ sunt, aquis sapiētie per ignorantia sepati. et isti in his q̄ ad mores pertinet plerūq; clari⁹ vident. Lrati nāq; diffusione nimia excecant a sensibili excellentia. Nam fm̄ phm̄ excellentie sensibilū corrumpūt sensuz. Unde de paulo legit Auct. ix. Subito circūfulsit eū lux de celo: apertisq; oculis nichil videbat.

Tertia proprietas.

Tertio oculus non videt sibi adherētia: s; ab eo distantia. Sic et prelati alioz vitā discutunt: sed mores suoꝝ collateralū et familie p̄ p̄te non cōsiderant nec attendūt: vt vere possint dicere illud Psal. Lumē oculoz meoz et ipm̄ nō est mecū. Nam vt ait Hiero. ad fabritianū epla. lxxvj. Solem⁹ mala domus nr̄e scire nouissimi: ac liberoꝝ et cōiugū vicia vicinis canētibus ignorare. Si em̄ iste oculus esset sup se reflexu⁹ vt suoꝝ vitaz et mores inspiceret: interdū in eis multa mala videret. Nam sicut decipula plena est auib⁹: sic domus eoz plene sunt dolo vt d̄ Jere. v. Et si foris interficiat eos gladius: domi mors silis est. Tre. j. Videret siq̄dez in domo sua supbiaz. Juxta illd̄ Juuenal. Maxima queq; domus fer

uis est plena superbis. Sed Dauid dicit. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Tales enim de domibus prelatorum abijciendi sunt et tollendi quantumcumque videantur alias necessarii. Juxta illud Math. xviii. Si oculus tuus scandalizat te: erue eum et projice abs te. Sepe enim cum talis eruitur in unius exterminio multorum utilitas procuratur. Cum enim illi qui remanent hec auertunt: considerant seipsum et dicunt. Cui parceret qui seuit in oculos. Corrigamus igitur mores nostros. Nam tua res agit paries cum proximo ardet. Felix quez faciunt aliena pericula cautum. Si etiam domum suam prelatum diligenter inspiceret: interdum inueniret in ea homines se inuicem odientes et sibi inuicem inuidentes. Nam ut vulgariter dicitur habitates in curia sunt ut canes in coquina. Nam dum canis os rodit socium quem diligit odit. Et ut dicit Claudianus: Ragales famuli socium spreuere superbi. Canis in prato herbam non comedit: nec tamen alia animalia comedere sinit. Sic et in curiis prelatorum nonnumquam inueniuntur aliquid: qui et si beneficiis sint indigni prohibent nihilominus alios admitti. Videbit etiam in domo sua feditatez luxurie ut possit dicere se domum luteam habitare Job. iiii. Sed dauid dicit. Ambulans in via immaculata hec mihi ministrabat. Et de beato Edynado catuarisensi legitur quod de seruitibus suis carnis exigebat mundiciam volens super omnia suaz familiam esse mundam.

Videbit etiam in domo sua versipelles dominum suum seducere molientes. Dicit Beda quod serpens qui eum seduxit faciem humanam habebat et caudam serpentinam. Huic similes sunt multi consiliiarii qui frequenter inueniuntur in domo prelati. Nam eorum sermo videtur rationabilis et discretus: sed finis est toxicatus. Attende igitur pater ac domine ne te decipiant animi sub vulpe latentes. Nam forsitan subuersores sunt tecum et cum scorpionibus habitas. Ezech. ij. Videbit etiam in manibus socioz iniquitates. nam dextra eorum repleta est muneribus. Tandem etiam cum visa in summam redegerit: videre poterit quod non deficiat in domo sua fluxum seminis sustinens et leprosus tenens fufus: et cadens gladio: et indiges pane. ij. Reg. iij. Videbit etiam fluxum seminis in luxuriosis: lepra in detractoribus: gladium in iracundis et inuidis panis indigentia in cupidis et auaris. Nihil visis bene poterit dicere illud Jerem. xxxij. In domo mea inueni malum: et pro dolore simul et admiratione poterit clamare ac dicere. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista Jerem. viij. Respiciens etiam ad illum quem in domo sua plus diligit admirans exclamabit. Quid est quod dilectus meus fecit in domo mea scelera multa. Videbit etiam verum esse quod dicit Bernar. ad Eugenium. Curia bonos recipere facilius quam malos proficit. Et itez in eadem. Non dicam te sanum dolentes latera.



Tertia proprietas:

Et iō leuiti. xliij. z. xliij. preceptū est vt nō solū sacerdos cōsideraret leprā z inspiceret q̄ hoīes inficit. sed etiā q̄ domos corrumpit vel corrodit. Quz platus nō solū alioz vitam deberet discutere: sed z seruoꝝ mores diligēter attendere. Et inq̄sitis extraneoꝝ meritīs ad se reuertēs dicat cū patris archa iacob. Justū est igit̄ vt etiam aliq̄n prouideam domui mee Gen. xxx. Multū enī prelatū per oīa decet honesta familiā. Itā vt ait Sene. Compositus p̄nceps cōpositam dz habere familiā Et boe. 8 cōso. Famulī inq̄t viciosi p̄nciosa domus sarcina est: z ipsi dño vehementer imminere. Et iuuenalis satyricus. Viuendū est recte tū p̄pter plurima: tū hīs p̄cipue causis. Ut linguas mancipioꝝ contēnas: nam lingua mala p̄dicat pessima serui. Sicut enī in mūdo maiori videmus q̄ sol non pōt illuminare remota nisi illuminet media seu p̄p̄inqua. nec pōt etiā illuminare p̄xima nisi ip̄e luceat i p̄p̄ia substātia. Sic nec platus q̄ est vt sol in ecclia bñ pōt illuminare sibi cōmissāz eccliam nisi z illuminet p̄p̄iā familiā. Itā vt dicit. i. Th. iij. Si q̄s domui sue p̄esse nescit quō ecclie dei diligētiam habebit: Si enī radius obfusces in primo. i. p̄ prauos socios z cōsiliarios necesse est vt talis pueniat ad alios. Nec pōt etiā platus bonā habere familiā: nisi ip̄e duxerit bonam vitam vult enī discipulus esse sicut magister

Quarta proprietas.

lxxvij

suus. Nam vt dz Eccl. x. Scdm iudicē populū sic z ministri eius: z q̄lis rector ciuitatis: z habitantes in ea. Et poeta dicit Dat dñs domui viuere more sui.

Quarta proprietas.

Quarto oculus debilitat corpore senescente Sic prohdolor iā qz ecclia senescente videmus eius oculos caligasse dū p̄cessu t̄pis prelati z clerici sunt deteriores laicis. vt impletū sit hodie illud vaticiniū Esa. xliij. Et erit sicut p̄p̄lus sic sacerdos. Et vtinā non peior sacerdos q̄ populus: vt addit Bern. Legit gene. xxvij. Senuit ysaac z caligauerūt oculi eius z videre nō poterat: z seq̄tur. quō iacob sibi pulmentū obtulit et comedit. Et sic gustus deceptus non fuit nec tactus etiā qz pilositatem manū z colli bñ sensit. Nec auris: nam ait. Vox tua vox iacob est. Nec odoratus: qz vestimentoꝝ fragrantiam sensit. Solus aut̄ visus ibi defecit. Sic z mō vergente mundi vespe videmus platos ecclie a statu p̄fectiōis p̄stine plusq̄ laicos cecidisse. Et iō stat⁹ ecclie figurari pōt p̄ statuā quā nabuchodonosor. Dan. ij. legit̄ in somnis vidisse. Cui⁹ statue caput erat ex auro: pectus z brachia de argēto. venē z femora ex erepedū aut̄ q̄dā ps ferrea z q̄dā fictilis. Fuit enī quōdā ecclia in p̄mitiuis platis aurea p̄ sapientia: argētea p̄ vite mūdiciā: erea p̄ eloquentia:



quod tria sunt predicatori necessaria. scilicet fulgor sapientie mundicia vite: et sonoritas eloquentie. Sed pedum. i. ultimarum ecclesie platonum videlicet modernorum: pars quedam ferrea est. pro cordis duricia: et quedam fictilis pro carnis luxuria. Cum petrus bone memorie cenomanus. archiepiscopus abbatiam clareuallensem aliquando adiuisset ut quendam conuersum eiusdem loci qui frequenter rapiebat in extasi uisitaret: et cum eodem conferret: postulauit ab eo ut sibi uisionem aliquam enarraret. Uidi inquit nupero dominam quendam uultu speciosissimam et auro et gemis ornata. Dixitque mihi stupenti: et eius ornatum ac uultus pulchritudinem admiranti. Que nam sum ego? Et rursus Uides mihi quod sis beata uirgo. Et ipsa. Respicias me a tergo. Cumque tergum eius respicerem: uidi eam putridam et uermibus scaturientem. Hinc inquit potes impedere me uirginem gloriosam non esse. Homo sum enim uirgo maria sed sum mater ecclesie que in primo statu quasi in anteriori parte mei in apostolis martyribus et confessoribus fui pulcherrima et deceter ornata: sed a parte posteriori. i. postremo tempore ut in modernis platis sum putrida et corrupta et ignominia plena. Et argentum meum uersum est in scoria. Esai. j. Narrat ualerius maximus li. vi. Cum omnes optarent mortem dionisii tanquam tyranni crudelissimi quidam mulier etatis proeuctissime syracusis degebat: que sola quotidie matutino tempore ut dionisius uideret deos deuotissi-

me exorabat. Quod ut cognouit dionisius tantam erga se mulieris beniuolentiam admiratus eam ut ad se ueniret prius accersit: et quare hoc vel que suo merito faceret inquisiuit. Cum esset inquit puella tiranum crudelem dominum habebamus eoque carere plurimum optabamus. Quo defuncto crudelior ei successit cuius est mors nobis amplius quam prioris in desiderio fuit. Tertium te superioribus importunior cepimus habere rectorem. Sic igitur si tu nobis fueris pro morte sublatus: succedet alius omnino nequissimus. Idcirco consueui quotidie deos pro tua longeuitate rogare. Hoc modo phidolorum preceit ecclesia: si quis considerat prope tempora et moderna. Olim enim moyses faciem suam uelabat quod non poterat in eum intendere filii israel: propter gloriam uultus eius. Uti dicitur. iij. Exod. iij. Sed hodie nostri moyses. i. sacerdotes moderni temporis pro confusione possunt faciem suam uelare. Nam enim in eos filii israel non dedignant intendere: sed potius erubescunt et gemunt pro dolore. Legitur. iij. macha. iij. Nam uero qui uideret summi sacerdotis uultum mente uulnerabat. Sic hodie si quis bene consideraret statum ecclesie uulneraret in mente. Hanc differentiam platonum ecclesie consideras greg. ait In iudicio ostendet quod unusquisque lucratus erit. Ibi petrus cum iudea uersa apparebit Ibi paulus cum gentibus uersis ad fidem. Ibi andreas pro se achayam ducens Iohannes asiam. Thomas india. Cum



ergo tot pastores cū gregib⁹ suis ante iudicēve
nerint qđ nos miserī dīcturī sum⁹: qđ ad dñm no
strum post negociū redim⁹ vacuī: qđ pastoꝝ no
mē habem⁹: et oues q̄s ex nutrimēto debem⁹ o
stendere non habemus. Sic pastores vocatī su
mus: et ibi gregem nō ducimus.

Quinta proprietas.

Quinto oculus ceteris mēbris dolētib⁹ q̄
si cōpatiēns lacrimat. Sic et platus inspe
ctis subditoꝝ miserijs erūpere debet i lacrimas
p̄ passionis. Exēplo Jeremie dīcētis. xiiij. **P**lo
rans plorabit et educet oculus me⁹ lacrimā: qđ
captus est grex dñi. Talis erat iob qui dicebat.
Flebā quondā sup eo qđ afflictus erat: et aia mea
cōpatiebat paup̄i. Narrat valeri⁹ maximus li.
v. qđ marcellus captis a se syracusis fieret in ci
uitatis arce. vt inde ciuitatē pri⁹ opulentissimā
nūc afflīctā posset aspicere: cui⁹ casum lugubrē
intuēs detū nō potuit phibere: quē si q̄s ignar⁹
rei vir asperisset: alteri⁹ esse victoriā credidisset.
Itaq; syracusana ciuitas hoc saltē in tua clade
maxime solamē habuisti: qđ et si incolumis stare
nō poteras: tñ sub victore clemētissimo cecidi
sti. Si igit̄ princeps iste inspecta hostiū clade la
crimas nō valuit cōtinere: quāt⁹ deberet a pla
torum oculis lacrimaz fluuius emanare: cū spi
ritualē cladē inspiciūt aiaz suo regimini cōmis

farum. Audiāt qđ dicat Jeremi. Quis dabit ca
piti meo aquā: et oculis meis fontē lacrimarū: et
plorabo die ac nocte interfectos filie ppli mei.
Debēt etiā flere cū flentibus et p̄ cōpassionez in
firmari cū infirmantib⁹. exēplo pauli qđ dicit. ij.
Corin. xj. Quis infirmatur et ego nō infirmoz.
Natura piscis est qđ cū videt periculū: piscicu
los suos recipit in ore suo. donec eos pduxerit
ad locū securū. Sic platus vidēs subditū in pi
culo cōstitutū: debet eū recipere in ore p̄ orōnez
et salutiferā exhortationē: et intra cordis viscera
p̄ compassionē. Sic faciebat paulus qđ dicit ad
phili. j. Testis est mihi de⁹ quō cupiā vos om̄s
in viscerib⁹ iesu xp̄i. Narrat iuli⁹ fronti⁹ et etiaz
valerius maxi. li. v. Cū chodr⁹ rex atheniensū
cōtra dorēses pugnatur⁹ cōgregasset exercitū:
sup cōuentu belli cōsuluit apolonis oraculum.
Cui responsus est qđ pars sua aliter nō vinceret:
nisi ipse hostili gladio interiret. Qđ quidē inno
tuit castris atheniensū et etiā aduerse parti dor
rensium. Tūc atheniēses regis sui custodiā mi
litibus cōmiserunt. Dorēses autē ne q̄s corpus
chodri lederet edixerūt. Qđ postq; chodr⁹ ag
nouit: imutato regis habitu familiarē cultū in
duit: et sarmentā collo gerēs: hostiū epulatiū cu
neos penetrauit: et vn⁹ ex militib⁹ quē falce per
cussit ipm̄ repercutiēs interfecit. Qđ quantū iste



Quinta proprietas.

propter ppli iui defleuisset salutē q̄ ob hāc causā
 faz gladiū sup se desiderauit hostilē. Erubescāt
 igitur inermes plati qui exēplo isli nō se oppo
 nūt murū p̄ domo dñi: quoz oculi sic aruerunt
 q̄ nondū pereūti cōpatientes pp̄lo lachrymam
 vnicā emiserūt. Verificat hodie illa euangelica
 parabola q̄ d̄r luce. x. q̄ viso sauciato p̄terijt sa
 cerdos ⁊ leuita. Quia videm⁹ tā de maioribus
 q̄ de minorib⁹ platis q̄ p̄patiunt de aiab⁹ sp̄ua
 liter sauciatis: cuz ad eoz spectat officiū vtpote
 medicoz sp̄ualiu⁹ saluti intēdere aiay. Nam vt
 ait grego. Cū curā ppli electus p̄sul suscipit q̄
 si ad egrū medic⁹ accedit. Sed sicut ait Bern.
 loquēs ad eugenū. Cū platoz quotidianas ex
 pensas quotidiano reciprocā⁹ scrutinio: ⁊ cō
 tinua dñici gregis detrimēta nescim⁹: de precio
 escay ⁊ de numero panum quotidiana cū mini
 stris discussio est. Kara admodū cuz p̄sbyteris
 colloquio celebrat de peccatis pp̄loz. Cadit a
 sina est q̄ subleuet: perit aia ⁊ nō est qui reputet.
 Unde ⁊ quidā versificās ait. Nō curāt aras s̄
 baras nō vera sed era. Nō equū sed equi: nō ino
 pes s̄ opes. Mirū ⁊ miserabile q̄ dolēt de amif
 sione denarij ⁊ nō tristant sup p̄ditione subditi.
 Quēsitū fuit aliq̄ndo q̄re oua strutionū suspēdū
 tur in ecclia. Aut q̄ sunt hoies q̄ dicūt plura mē
 dacia: Prima q̄stio soluta fuit hoc modo. Qua

Sexta proprietas.

lxxx

strutionū idcirco in ecclia suspēdūtur: ⁊ platoz
 oculis p̄ponunt: ne strutionē quo ad filioz incu
 riam imitent. De strutione nāq̄ d̄r Job. xxxix.
 Durat ad filios q̄si nō sint sui. S̄ ad sc̄dm sic
 fuit respōsum. Sacerdotes ⁊ clerici p̄re ceteris
 hoibus mētunt frequētius ⁊ etiā solēnius. Nā
 quotidie declamāt corā oibus. Defectio tenuit
 me p̄ peccatorib⁹ derelinquētib⁹ legē.

Sexta proprietas.

Sexto oculus pilos habet in palpebris q̄z
 Quātitas nō auget p̄cessu tēporis. Per pi
 los q̄ aiali exterius adherent significant t̄palia
 q̄ homini q̄si exteri⁹ adiacent. Cū Math. xvi.
 Nec oia sc̄z t̄palia adijciētur vobis. In hoc er
 go q̄ pili q̄ sunt in oculoꝝ palpebris nō crescūt
 p̄ p̄cessum etatis: s̄ sūt naturaliter determinate
 quātitatis: informātur eccliaſtici oculi videlic̄
 prelatis: ne tēporalia sibi multiplicent: s̄ medio
 crib⁹ sint cōtenti. Si em̄ regi terreno precipit̄ a
 dño. Deu. xvij. ne habeat auri ⁊ argēti immēsa
 pondera: q̄tomagis indicitur prelatis eccliaſ
 ticis qui non sunt domini sed dispensatores ec
 cliaſtice facultatis. Sed hodie in prelatis et
 personis eccliaſticis intantum creuerūt et mul
 tiplicati sunt isti pili: q̄ facti sunt ex om̄i parte pi
 losi: vt iam de ecclia impletū sit quod olim de
 babilone predictū fuit Esa. xiiij. Habitabūt ibi



strutiones: et pilosi saltabunt ibi. Per strutionem
 que pennas habet sed mole corporis pregrauatus in altum
 volare non valet: significantur hypocrite que bonorum
 vitam exterius imitant: sed a terrenis ad celestia
 nunquam per desiderium eleuantur. Pilosi vero sunt homines
 diuitiis temporalibus inuoluti: et isti dicuntur saltare
 in babilone. id est in ecclesia in qua fere confusa sunt
 omnia: quia ex temporalis opulentia surgit interdum lasciuia
 Deu. xxxii. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit.
 De istis etiam sic pilosis idem propheta alibi meminit
 cum de babilone loquens ait: Pilosus clamabit
 alter ad alterum. Hodie namque videmus in ecclesia
 quod pilosus pilosum vocat: quia diues diuitie inuitat
 cum tamen dicat Math. xiiii. Cum facis pradium aut
 cenam noli vocare diuites: sed voca pauperes. Hec
 maledicta pilositas multum inualuit in prelati ecclesie.
 Nam a maiori usque ad minorem omnes auaricie
 student et pecunie congregande. Considerant enim illud
 quod ait Tullius. Optimam vectigal per symonia est.
 Utimur methaphoris et exemplis in fomentum
 auaricie et cupiditatis. Pauper inquit si pauper
 sit implebitur facile. Diues vero si prodigus sit exinanitur
 facillime. Videmus enim quod arca capacissima
 quotidianis sed per immisionibus ad ultimum
 adimplet. et ea que plena est multis emissionibus
 vacuat. Paruo etiam aquarum exitu tandem stagnum
 in aridam commutat. Videmus etiam quod si fonti sca

turienti vena auferat: non multo post fons consumitur
 et siccat. Sic de congestarum diuitiarum aceruis mun-
 nitissimis dum tamen frequentibus et continuis sumptibus
 expenditur: tandem totaliter quotidianis minuciarum sub-
 tractionibus exhauritur. Nam ut ait Claudianus
 Est luxus proplator opum cui semper adheres. In-
 felix humili gressu comitatur egestas. Ergo sumptibus
 est parcendum: et cumulandis diuitiis insudan-
 dum. Et ut dicit Iuuenalis. Lucri bonus est odor
 ex re quilibet illa tuo sententia semper in ore verset dijs
 atque ipso ioue digna poete: vnde habeat quod sit homo sed
 oportet habere. Nam secundum eundem. Quantum quisque sua
 numorum seruat in arca: tantum habet et fidei. Et iterum.
 Vincunt diuitie nec sacro cedit honori. Nam in
 hanc urbem pedibus que venerat albis. Meditationibus
 et fomentis hominum ipsorum animos amor vrit habendi.
 Hec est vanitas quam sub sole testatur Salomone
 reppisse Eccles. iiii. Quis est et secundum hanc. id est heredes
 aliquem: ut filium vel fratrem: et tamen laborare non cessat progre-
 gando superflua de quibus ignorat cui congregabit ea nec
 satiantur oculi eius diuitiis acquisitis sed si ibi ac-
 quiritur. Et reuera istud est vanitas: immo etiam
 magna pueritas. Nam ut ait philosophus commensuratio
 in fine non attenditur sed in his que ad finem ordinantur.
 Quis et cum sanitas sit finis quem medicus
 intendit in ea inducenda commensurationem non at-
 tendit: sed quantumcumque potest sanitatem inducit. 11



Septima proprietat.

eis q̄ sunt ad finē. s. medicina cōmēsuratōnē cōsi-
derat: q̄ nō quātācūq; medicinā ei q̄ patit̄ admi-
nistrat: ne eū interficiat: sed potius medicīe donū
z q̄ntitatē determinat: put morbus z patit̄is vir-
tus ex postulat. Hūc aut̄ scimus q̄ spūalia sūt bo-
na finalia z tēporalia tanq̄ ad finē ordinant̄. Ad
ea ergo spūalia sine cōmēsuratōe induci deberēt
z appeti. Tēporalia nō in mēsurā vnicuiq; decē-
ti. Sed hodie huius cōtrariū videmus fieri. Nā
fere q̄libet cōmensurat spūalia sibi dicens sufficit
mibi si hāc virtutē habeā v̄ gradū talis virtutis at-
tingā. Sz rar⁹ ē q̄ sibi mēsuret t̄palia dicens: mibi
sufficit hec p̄bēda: sed obtēta p̄ma appetit̄ z sc̄da
post hāc tertia: z sic vlt̄erius sine meta. Nā crescit
cupido cēsū crescente cupito.

Septima proprietat.

Septimo magna in oculo macula reputat̄ q̄
interdū in mēbris ceteris modica censerē.
Sic z idē peccatū malus est in p̄latō q̄ in subditō:
z in sacerdote q̄ in layco: sicut z spina plus le-
dit oculū q̄ manū: vt merito tāta sit differētia in-
ter p̄lati z subditī: sacerdotis z layci p̄uaricatōez
q̄nta est in festucā z trabē: p̄pter qd̄ dicit̄ Mat.
vij. Quid aut̄ vides festucā in oculo fr̄is tui z tra-
bē in oculo tuo nō vides. Sicut em̄ locus sacer
in q̄ delinq̄tur pct̄m aggrauat̄ sic z p̄sone gradus
z dignitas culpā exagērat. Vñ z iuuenalis ait̄ oē

Septima proprietat.

lxxij

gnimi vitīū tāto cōspectius in se crimē h̄z, quāto
maior q̄ peccat̄ habet̄. In huius rei figura moy-
ses legislator q̄ de aialibus immūdis tractabat
p̄ q̄ hoim̄ immūdiā designabat: circa immūdi-
ciā aut̄ diligentior fuit. Nā plures aues imūdas
q̄ p̄sces z bestias n̄umerauit. Ut patet deutro.
xiiij. Immūdiā cuiū designat̄ immūdiā cleri-
corū. Bestiarū aut̄ aut̄ p̄sces laicorū. Sic z cete-
ris paribus idē pct̄m cōmissum a sacerdote vel
clerico: grauius cōmissum est q̄ a laico. Sicut sa-
cerdos bonus: melioris est cōditōis q̄ bon⁹ lai-
cus: sic z peioris si fuerit vterq; malus. Nā sacer-
dos si malus est, officiū ad qd̄ tenet absq; pct̄o ex-
ercere nō p̄t: qd̄ tñ p̄t laicus etiā si fuerit mal⁹
Vñ sic bonus sacerdos vocat̄ angel⁹. Mala. ij.
Labia sacerdotis custodiūt sciam z legē req̄rent
ex ore eius: qz angelus dñi exercitūū est. Sic z sa-
cerdos malus vocari potest angelus malus. s.
diabolus. Nā sicut diabol⁹ peccat in oī suo ope:
licet etiā in se bono: vt quia credit deo vel quia
ad dei iussū de corpe egreditur obsessio: quia
hoc totum facit cū murmure z aīo malo. sic et sa-
cerdos malus etiā peccat bonum opus agendo
vt. s. missā celebrādo vel sacramēta eccl̄astica mi-
strādo. Et sic piculosi⁹ ē si q̄s dormiat sup equū
q̄ si dormiat sup solū p̄t piculū: sic graui⁹ z pi-
culosi⁹ peccat p̄lat⁹ q̄ subdit⁹. In cui⁹ rei d̄signatī

l ij



